

**www.e-rara.ch**

**Metaphysica controversa, in Alma, & archi-episcopali Universitate  
Salisburgensi publicae disputationi proposita**

**Schmier, Benedict**

**Salisburgi, 1715**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRm 68: c

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-21717>

Summulae sive dialectica regulata per modum utilis supplementi in Alma, & archi-episcopali  
Universitate Salisburgensi [...].

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# SUMMULÆ

SIVE

## DIALECTICA REGULATA

*Per modum utilis Supplementi*

IN

Alma, & Archi-Episcopali Uni-  
versitate Salisburgensi

## PUBLICÆ DISPUTATIONI

PROPOSITA,

ET

Metaphysicæ Controversæ

ANNEXA,

*AUTHORE ET PRÆSIDE EODEM*

P. BENEDICTO SCHMIER,

Ord. S. Bened. ex Libero-Exempto-Im-  
periali Monasterio Ottoburano, SS. Theolog. & Utrius-  
que Juris Doctore, nec non Philosophiæ Professore  
Ordinario, p. t. ejusdem Inclytæ Facul-  
tatis Decano,

DEFENDENTE EODEM

*Prænobili, & Doctissimo Domino*

CAROLO LEOPOLDO JOSEPHO

DE HASELBERG,

Salisburgensi, pro suprema Phil. Laurea Candidato.

*Ad diem Augusti Annò post Partum Virginis 1715.*

---

Salisburgi, Typis Joan. Josephi Mayr, Aulico-Acad. Typogr.  
& Bibliopolzæ.

STUMMEL

REPUBLICA

ALMA & ACAD. HUMANITATIS

PUBLICA DISPUTATIONE

PROPOSITA

AVTORIS ET REACTORIS

P. BERNARDI SCHMIDT

DE

PROFESSORIS

PHILOSOPHIAE

DE

CAROLO LEOBOLDI

DE

PHILOSOPHIA

DE



# PARS UNICA,

REPRÆSENTANS

Ea, quæ spectant ad tres mentis  
Operationes.

*Introductio Præliminaris.*



Uti in nostra Dialectica  
Controversa sat proli-  
xè trinam Mentis no-  
stræ operationem di-  
scussisse videar; quia tamen potius  
disputativè processu, quam præcep-  
tivè, perutilem pro Philosophis  
saltem novellis laborem me suscep-  
turum persuasum habebam, si præ-  
ceptis & regulis saltem communio-  
ribus viam faciliorem, tritio-  
riorem, clarioremque iisdem pararem.

Quare Dialecticæ Controversæ in

subsidiū & justum Supplemen-  
tum sub novo titulo aliam Dialec-  
ticam planam substituere non dubi-  
tans illud benignum lectorem ad-  
monitum volo, quod hæc Tractatio  
Metaphysicæ annexa, ultimam mo-  
dò sedem occupans, commodum an-  
teponi possit cæteris omnibus, ta-  
lisque ordo servari, ut primò po-  
natur Dialectica Regularis & plana,  
secundò locò Dialectica Controver-  
sa, postmodum physica Contro-  
versa, demum Metaphysica.

## DISSERTATIO I.

DE

### TERMINIS LOGICALIBUS

SUPPOSITIONE, ET PROPRIETATE.

Cum in Dialectica Controversa non solum naturam, sed  
etiam divisionem Terminorum magis præcipuorum  
exponam, operam minus fertilem locarem, si ad re-  
novandas definitiones & divisiones calamum ad alia pro-

(A)

pen-

penfioem torquerem. Quare in præfenti Differtatione mox Quaestioem I. aufpicabimur à Suppositione & reliquis Terminorum affectionibus : in II. progrediemur ad Nomen, Verbum & Orationem &c. in III. Definitionem & divisionem, ceu Modos duos sciendi fynopticè tractabimus. Sic igitur

## Q U Æ S T I O I.

### De Terminorum suppositione, & Proprietate.

#### § I.

#### Quid fit Suppositio ?

**I** A Ssertio I. Suppositio est acceptio (sive usus) termini pro aliquo, de quo verificatur propositio juxta exigentiam copulæ. Adverte I. Cum res in discursum adducere nequeamus, eisdem supponimus sive substituimus voces. II. sicut extra propositionem propriè & rigorosè non datur terminus, ita nec suppositio. III. Aliud est *supponi* vel supponere aliud significare. Suppositio quasi supervenit significationi termini eam restringendò ad unum. Ex gr. Hæc vox *homo* secundùm significatum primarium & immediatum etiam extra propositionem, verè significat naturam humanam, omnibus hominibus in particulari applicabilis: si tamen ponatur ut subjectum in propositione, statim ratione prædicati significatio limitabitur, ut si dicam: *homo est doctus*; vox *homo*, ut propositio sit vera, non amplius supponit pro omni homine vel na-

tura humana in communi, sed pro determinato vel aliquibus. IV. Quia suppositio debet verificari juxta exigentiam copulæ seu nexûs, quem verbum *sum* exercet inter prædicatum & subjectum; hinc ad salvandam suppositionem & propositionem *de subjecto supponente* requiritur, ut res illa, cui nomen seu vox substituitur & ponitur tanquam subjectum propositionis, reverà existat in rerum natura vel de præfenti, si prædicatum illi copuletur de præfenti: vel extiterit de præterito, si prædicatum ipsi affirmetur connexum fuisse de præterito &c. non attentò, utrùm prædicatum subjecto aliquando convenierit, vel non: nam stante etiam falsitate propositionis, suppositio potest esse vera. Ex gr. dico: *hirco - cervus bibit aquam*: hæc propositio non tantùm est falsa, sed etiam illius suppositio ex parte subjecti: quandoquidem pro nulla

tem-

temporis differentia animal illud chimericum, quod per vocem *hircoceus* significatur, in rerum natura expectari potest. Similiter, si dicam: *Anti-Christus est blasphemus*, nec propositio nec suppositio subsistit: quia de præfenti, juxta exigentiã verbi præsen-

tis temporis, *Anti-Christus* non datur. Quare hujusmodi propositiones, quod sint de subjecto non supponente, appellari consueverunt. E diverso, si dicam: *Petrus est brutum*: hic cum falsitate propositionis fiat veritas suppositionis, dummodò Petrus existat.

§. II.

*Quotuplex sit Suppositio.*

2 **A**ffertio I. *Varia* est suppositio: alia *Materialis*, quando vox ponitur in propositione pro se ipsa, sive pro ipsis litteris vel Syllabis, ex quibus componitur, ut si dicam: *blitri est vox: Homo est substantivum*. Hæc suppositio trifariam dignoscitur. Primò si vox aliqua ab hominibus vel altiori arbitrio ad aliquid significandum non sit instituta. Secundò si vox uniatu-  
 tur cum quodam prædicato Grammaticali, ut in illa propositione: *Homo est substantivum*. Tertio si particula *io* vel *ly* præponantur, ut in hac: *io homo est subjectum*. Alia suppositio est *formalis*, & proprie logicalis, quando terminus vel vox pro suo significato distincto accipitur: ut in hac: *Cali sunt naturaliter incorruptibiles*: ubi non intendo affirmare incorruptibilitatem de hac voce *Cali*, sed de ipsis Corporibus Cœlestibus significatis.

*lis. simplicem* non unò modò explicant. Ubi adverte, duplex haberi significatum respectu unius termini, nimirum immediatum & mediatum. Immediatum est, ad quod significandum terminus immediate per se & primariò; mediatum verò, ad quod significandum secundariò est institutus. Ex. gr. Vox ista *animal* ex hominum placito primariò fuit instituta & recepta ad significandam rationem communem animalis; mediatè verò ad significandas omnes species & individua, de quibus prædicari potest animal. Jam dicunt complures Dialectici, suppos. simplex est usus vel acceptio termini pro suo significato immediato tantum. Realis seu personalis est acceptio terminũ pro significato immediato tum pro mediato. Aliis placet hæc expositio: Suppos. simplex est acceptio termini pro significato competente solum per intellectum & denominationem seu intentionem secundam logicalem. Econtrà autem Personalis

#### 4 Pars Unica. Dissertatio I. De Terminis Logical.

nalis seu realis est acceptio termini pro significato competente independenter ab intellectu.

4 Do Exempla. Dico: *Animal est genus: homo est species: Petrus est subiectum propositionis &c. Esse genus formaliter, & speciem &c. sunt prædicata & vocabula secundò intentionalia, à Logica instituta, animalia, & Homini non convenientia, nisi prout supponunt secundum solum significatum immediatum, naturæ animalis, & hominis; non item prout significant hoc vel illud animal, hunc & illum hominem. Neque enim bucephalus est genus, sed individuum animalis in specie equina; neque Petrus est species, sed individuum itidem. Convenit igitur prædicatū Logicale generis animali ut præciso per intellectum à suis speciebus, & prædicatum speciei homini ut præciso à suis individuis. Similiter esse subiectum propositionis convenit Petro non pro statu reali, sed prout substantiat intellectui propositionem formanti. Quodsi dicam: *Animal est principium sentiendi: Homo est principium sentiendi & discurrendi: Petrus est animal rationale &c.* prædicata ista suis subiectis objectivè conveniunt à parte rei, & non solum prout substantiant præcisioni intellectus; neque sunt à Logica inventoribus instituta. Ex prioribus ergo exemplis constat natura suppositionis simplicis, ex posterioribus natura suppositionis realis vel personalis.*

Assert. III. Suppositio Personalis alia est discreta seu singularis, quando terminus pro aliquo singulari supponit, ut in his: *Petrus currit, hic homo studet*: alia communis, quando nomen commune pro suis inferioribus supponit & que quadruplex, nempe *universalis, copulata, determinata, & confusa*: seu, quod in idem recidit: *Distributiva, Collectiva, disjunctiva, & disjuncta.*

Explicantur singula. Suppositio universalis sive distributiva est acceptio termini communis pro singulis inferioribus, divisim enumerandis, ut in hac: *Omnis Angelus est incorporeus*: Ergo & Michael est incorporeus, & Gabriel est incorporeus &c. Quodsi nulla prorsus sit facienda exceptio, ut in priori exemplo, suppositio vocatur universalis absoluta; alioquin universalis in sensu accommodato, ut hæc: *Omnis homo in Adamo peccavit, in qua tacitè vel expressè excipitur DEI-para Virgo absque omni labe Originali concepta.* Porro suppositio universalis seu distributiva aliquando sumitur pro generibus singularium: quando terminus supponit pro solis speciebus physicis, non autem pro individuis, ut in hac: *Omne animal fuit in arca Noè*, intellige ex omnibus speciebus saltem unum aut alterum individuum: pro singulis generum appellatur, quando terminus communis supponit pro quovis etiam individuo, ut in hac

## Quæstio I. De Terminorum Suppositione &c. 5

hac: *Omnis anima rationalis est immortalis*; puta, & anima Petri est immortalis, & anima Pauli est immortalis.

6 Suppositio *collectiva* seu *copulata* est acceptio termini communis pro omnibus inferioribus & denominatis, copulatum, id est, simul sumptis; quando nimirum ex parte subjecti singula contenta per particulam. Et *enumero*, colligo, & in una propositione enuncio, ut in his: *Omnes planetae sunt septem*: *Omnes Apostoli sunt duodecim*: sunt enim exponenda: & planeta A, & planeta B., & planeta C. cum cæteris simul sumptis sunt septem: & Petrus, & Paulus, & Joannes, & reliqui simul sumpti sunt Apostoli duodecim. Inde notandum discrimen à suppositione distributiva, in qua enumeratio fit non per solos terminos, sed per integras propositiones, v.g. Et Petrus est rationalis, & Paulus est rationalis.

7 Suppositio *disjunctiva* sive *determinata* est acceptio termini communis non pro omnibus, sed pro uno vel aliquibus tantum significatis, aut denominatis, mediante

particulâ *Vel* & per enumerationem plurium propositioſum, ut in hac: aliqua republica à Turca est provocata: ubi sensus est, vel hæc, vel ista, vel illa.

Suppositio *disjunctiva* sive *confusa* est acceptio termini pro aliquo significato vel denominato, quod determinari nequit. Per quod differt à disjunctiva seu determinata, in qua prædicatum significat aliquem actum seu aliquid actualiter existens ac in se determinatum, ut tandem deveniri possit ad unum certum: cum econtrâ in *disjuncta* ad unum certum ac determinatum deveniri nequeat, ut constat in his: *aliquis equus est necessarius ad equitandum*: *aliquod frænum ad regendum*: *aliquis oculus ad videndum*: *aliqua domus est necessaria ad habitandum*: ubi aliquid ex enumeratis necessarium est; nihil tamen determinari potest. Notæ seu signa hujus suppositionis sunt hæc vel similia vocabula: *oportet*, *necessarium*, *promitto*, *opto*, *debeo*; & ideo maximè locum habet in illis terminis, qui necessitatem, usum, potentiam, aptitudinem &c. important.

### §. III.

#### *Regulæ Suppositionum.*

9 **R**egula prima. Attendendum est maximè ad syncategoremata & signa tum universalialia, tum particularialia, tum affirmativa tum ne-

gativa, qualia sunt, *omnis*, *quilibet*, *quicumque*, *cunctus*, *totus* *aliquis*; *Nemo*, *nullus*, *aliquis non* &c. Unde sic: Subjectum pro-

positionis, cui præponitur signum universale affirmativum vel negativum, supponit distributive, ut in his: Omnis planta est vivens: nulla planta est lapis: Prior propositio exponitur per partic. Et, atque extenditur ad singulas plantas, posterior per particulam Nec. Adverte tamen, hoc fallere, quando prædicatum est affectum similiter aliquo signo universali, aut vocabulo numerali; tunc enim subjectum supponit collectivè, ut in hac: Omnia Elementa sunt quatuor, vel in ista: Omnis homo est solus & omnis redemptus.

10 Regula secunda. Subjectum propositionis, cui nullum præfigitur signum, in materia necessaria supponit saltem æquivalente distributive, ut in hac: Creatura est ens ex nihilo productum, idem est ac, omnis creatura: similiter in materia impossibili, ut in ista: Homo non est Angelus, idem est, ac, nullus homo est Angelus. In materia contingenti supponit aut disjunctivè, aut disjunctim, ut in his: aliqua Persona divina est Salvator Mundi: aliquis Sacerdos est necessarius ad absolvendum. Dicitur materia necessaria, dum prædicatum aut naturaliter aut essentialiter; materia contingens,

dum accidentaliter convenit subjecto: impossibilis, cum repugnat.

Regula tertia. Omnis terminus I affectus signo particulari supponit vel disjunctivè vel disjunctim, ut in his, Aliqui sunt lapsi: aliquis Consiliarius est necessarius.

Regula quarta. In propositione 12 affirmativa prædicatum supponit similiter vel disjunctivè vel disjunctim: in negativa universaliter & distributive: ut in his: Omnis Rex est supremus Princeps, hoc est aliquis supremus Princeps. Nullus Princeps supremus est subditus, id est, nec est hic subditus, nec ille &c. 13

Regula denique quinta & generalis est, quod in propositione suppositio subjecti sit colligenda & mensuranda juxta exigentiam prædicati, hujusque verificabilitatem. Hinc quia termini numerales, duo, sex, decem &c. exigunt suppositionem collectivam; termini naturales distributivam; contingentes disjunctivam, termini necessitatis, usus, potentie, aptitudinis, promissionis &c. disjunctam seu confusam; ideò, dum prædicantur de subjectis, ista determinantur ad tales suppositiones.

## §. IV.

De

## Reliquis Proprietatibus Terminorum.

14 A Sertio I. Appellatio est applicatio significationi formalis aliqujus adjectivi vel quasi, ad signi-

ficatum vel formale vel materiale alterius nominis substantivi vel quasi. Requiritur ergo duo termini; termi-

## Quæstio I. De Terminorum Suppositione &c. 7

terminus, qui applicatur alteri, dicitur *appellans*, ille verò, cui applicatur, dicitur *appellatus*. Exemplum esto: *Plato est magnus Philosophus*, terminus *magnus* est appellans, quoniam ipsius significatum formale, scilicet *magnitudo*, applicatur supra formam (sive supra Philosophiam) quæ latet in hoc concreto, *Philosophus*, seu significatum formale. Quòd si verò de Petro homine staturæ proceræ dicam: *hic homo est magnus Philosophus*, appellatio non est *formalis*, sed *materialis* duntaxat: quia formale significatum in hoc termino concreto *magnus* scilicet *magnitudo*, non applicatur supra formam scientiæ philosophicæ, quæ latet in isto concreto *Philosophus*, sed supra subjectum concreti, supra hominem, qui est staturâ *magnus*, non scientiâ philosophicâ.

15 Assert. II. Ampliatio termini est hujus extensio ad majorem suppositionem, vel potius ad plures temporis differentias: ut si dicam: *omnis creatura est ens ab alio*, creatura non tantum supponit pro præsentibus, sed etiam pro præteritis, & futuris.

Assert. III. Restrictio ex opposito est coarctatio termini ad minorem suppositionem, ob adjectionem alicujus vocis restringentis: ut subiectum hac: *Omnes homines justii salvantur*: *Homo* enim, qui omisso vocabulo *justii* supponeret pro tota hominum collectione, limitatur ad certam classem.

Assert. IV. *Alisnatio* termini fit, quando de proprio ad improprium significatum traducitur, ut si dicam: *homo marmoreus venditur*: transfertur enim prædicatum *marmorei* à lapide tanquam re inanimatâ, cui propriè convenit, ad rem animatam, cui propriè non convenit, sed hic & nunc applicatur propter quandam similitudinem.

Assert. V. *Status* termini est, quando accipitur pro uno aut pluribus suppositis existentibus secundum differentiam temporis per copulam propositionis principalem ad significatam; ut si dicam: *Studiosus ambulat*, supponit tantum de præsentibus uno vel pluribus, non de præteritis aut futuris. Dicitur ergo tunc terminus aliquis accipi cum *statu*.



QUESTIO II.

DE

Nomine, Verbo, & Oratione.

§. I.

De Nomine.

18 **A**SSERTIO I. Secundum Grammaticos *Nomen est vox significationis per se stantis, habens numerum cum genere & casu, sine variatione temporis & persona.* A Philosopho 1. Perib. c. 2. definitur, *quod sit vox significativa ex instituto (sive ad placitum) cujus nulla pars significat separata.* Dicitur 1. *Vox significativa ex instituto:* ex quo Caramuel in sua Grammatica Audaci colligit, nomen ab Aristotele definitum nec esse mentale, nec scriptum, sed merè vocale, quod in vocis ratione convenit cum tonis nihil significantibus, à quibus tamen omnibus differt per subsequentem particulam *significativa.* Excluduntur ergo termini non significativi, ut blictri &c. à ratione nominis; voces quoque naturales, ut gemitus, ejulatus &c. quia nomina debent esse signa ex placito & institutione hominum; ut patet ex nostra Dialect. Controversa P. I. Disp. I. Controv. IV. ubi nomini-

bus vim doctrinalem naturaliter convenire, negavimus. Dicitur 2. *sine tempore;* exinde Nomen differt à Tempore, cujus proprium est significare *cum tempore,* id est, exprimere aliquam actionem, exercitium, passionem vel quietem sub aliqua temporis differentia. Dicitur 3. *cujus nulla pars significat, separata,* nimirum id ipsum, quod *nomen* significabat: ut distinguatur ab Oratione, quæ constat partibus separatim significantibus, ut *homo albus.* Addunt alii,  *finita & recta,* ut excludantur à ratione *Nominis* termini infinitantes, v. g.  *homo leo, nova homo;* illos enim terminos Aristoteles censuit non esse appellanda nomina simpliciter, sed cum addito *infinita,* eò quòd nihil determinatum nominent, & nihil certum significant: item ut excludantur Casus obliqui, ut *Platonis, Domini &c.* obliqui enim potius casus nominum vocantur, quam Nomina.

Reflexio.

19 **A**DVERTE I. Præteritio, futuri-  
tio, annus, dies, prandium, cœna significant e quidem tem-

pus, at substantivè tantum ac connotativè: non etiam cum tempore, egressivè, & cum expressione aliqujus

cujus exercitii, actionis, passionis vel quietis, quæ fiat in aliqua temporis differentia; quod posterius requiritur ad rationem Verbi, & illud prius non tollit naturam Nominis.

20 Adverte II. Respublica, Dominus, Erasmus, & alia id genus, etsi separatim significant, v. g. Dominus, sunt tamen nomina: quia separatim non significant id, quod conjunctim.

21 Adverte III. Nomen usitatâ divisione aliud est Substantivum, aliud Adjectivum: quia tamen, si nudum aliquod adjectivum tanquam subiectum propositionis substituatur,

Oratio evadit mutila, ut in hac, *pulcher comparuit in foro*, ideò ratio Nominis propriè & absolutè spectat ad substantiva, non ad adjectiva. Deinde aliud nomen est *proprium*, conveniens uni soli rei singulari, seu individuo, ut Petrus, Antonius. sed notat Phil. Ment. & Senl. nomina propria, ut Petrus & Paulus &c. jam evasisse non tam communia quàm æquivoca, cum plures eòdem nomine designentur: aliud est *appellativum*, quod pluribus potest convenire, qui simili appellatione nominantur, ut Homo, Rex, Leo &c.

§. II.

De Verbo & Oratione.

22 **A** Ssertio I. Verbum secundum Grammaticos est, quod inflectitur per determinatam conjugationem, voces (activam & passivam) per varios modos, & per varia ejusdem modi tempora, numeros, personas. A Philosopho definitur 1. Perih. cap. 3. *quòd sit vox significativa ex instituto cum tempore, cujus nulla pars significat separata, finita & recta, & semper eorum, quæ de altero dicuntur, est nota.* Primæ particule lucem suam excipiunt à definitione Nominis, à quo verbum differt per illud *cum tempore*. Per reliquas particulas primò excluduntur verba composita à stri-

cta & philosophica ratione verbi, ut *circumfero* &c. & recipiuntur sola simplicia. Secundò Verba infinitata, ut *non legit, non currit* &c. Tertio Casus verborum: nam, pressè loquendò secundum rigorem Aristotelicum, sola verba præsentis temporis indicativi modi participant rationem verbi: cum significare cum tempore requirat egressionem quandam actionis, exercitii, passionis, vel quietis, non quidem semper ex parte rei significatæ verè talem, sed saltem aliqualem secundum modum nostrum concipiendi ac significandi. Quartò innuitur, per verbum prædicatum uniri, affirmari, vel negari.

de subjecto, quod non præstat participium, ut si dicam *homo sapiens &c.*

22 Affect. II. Verbum est duplex, *substantivum*, nempe Verbum *Sum*, quando exprimitur sola entis existentia in propositione, ut si dicam, *Petrus est*, vel *existit*: & *adjectivum*, ut sunt omnia reliqua, quibus aliqua actio vel passio indicatur: si dicam: *Petrus orat*: *Petrus vincitur &c.* Appellatur autem substantivum, quia existere substantat & presupponitur quasi fundamentum ad agere & pati; agere vero & pati quasi adjiciuntur.

23 Affect. 3. Oratio est *vox significativa ex instructo*, cujus partium aliqua significat separata, ut *dictio*, sed non ut affirmatio, vel negatio. Dicitur *vox*, puta, composita ex duabus vel pluribus: significat separata; id est, partes separatae suam retinent quælibet veterem significationem, ut *Homo*

*Consul*, *Roma Sancta &c.* ad exclusionem termini, qui vocatur *composita figura*, ex gr. *Respublica*, *Brasmas*, *Sacerdos &c.* qui proprius novam important significationem in compositione, quam vel ante compositionem, vel post resolutionem. Particulæ, ut *dictio non ut affirmatio vel negatio*, ostendunt, in oratione perinde esse, sive per eam aliquid affirmetur negeturve, sive non. Unde sive dicam: *nobilis ille Vir*: sive, *gloriosè triumphatur*, semper oratio est. Oratio alia est imperfecta reddens sensum imperfectum: ut, *DEUS summum Bonum*! *Mundus fallax*! alia perfecta, perfectum reddens sensum in animo audientis: ut, *DEUS est adorandus*: & quidem multiplex; at tamen sola indicativa propriè à Dialectico consideratur: cum cæteræ affectus indicent, Rhetoribus reliquendæ. Plura suggereret Exim. D. P. Kham.

## S. III.

*Reflexio.*

24 **O**peræ pretium est, ut circa verbum *Sum*. succinctè aliquid ex Caramuelis Grammatica Audaci traducam. Putavit P. Valerianus Magnus, inquit Caram. identificationis & existentiae exercitium non bene significari juxta communes Prisciani numeros: & jussit linguæ, ut verbum in infinitivo habeat *Essere*, in Supino *Essitum*, unde *Essitio Essitionis*: jussit, ut ad

significandam efficaciam essendi Verbum *Est* reget accusativum. Ego etiam Verbo est activo sæpè indigni, & sæpè dixi, *Pater æternus est filium ad intra*: est *creaturas ad extra*, hoc est, producit. Et P. Thomas Comptonus verbum *Est* laborare temporum penuriâ observavit: Nam *Disp. 4. Methaph. Sect. 2. n. 9.* ut respondeat objectioni, & explicet, quid importet illud

*est,*

est, aut fuit in istis propositionibus: *Mundus hic ab æterno fuit possibilis: alter mundus ab æterno est possibilis: Chimæra ab æterno est impossibilis &c.* pronunciat, verbum est non semper significare pro tempore, quod per illud importatur, quod in his & similibus constat: *Petrus est mortuus, domus est combusta, Anti-Christus est futurus.* Imò est implicantiâ in terminis, dicere: *Anti-Christus ab æterno est pure possibilis*, si terminus est sumatur propriè: hæc enim particula significat actualitatem & existentiam: pura autem possibilitas existentiam omnem & actualitatem excludit, & perinde est, ac si quis diceret, *potest esse solummodo, & tamen est.* Et postea, ut Comptonus illas propositiones explicet, reponit, hanc, *Anti-Christus est possibilis*, æquivalere huic, *in predicatis Anti-Christi nulla involvitur repugnantia,*

quò minus existant. Vel, si *Anti-Christus* existeret, nulla sequeretur implicantiâ, aut contradictio. Quibus Comptonus (nec ille solus) manifestè ostendit, verbum *Est* carere tempore, possit quò prædictas propositiones exprimere, & hanc ob rem Philosophos cogi ad circumloquia, quæ possent breviter & significatissimè exprimi his verbis: *Anti-Christus sat.* Ita Caram. Quod ut intelligatur.

Animadvertendum, à Caramuc. 26 le excogitatum fuisse novum modum pro dirando Verbo substantivo *Sum*, Indicativo præfixum, & quindecim considerationibus ampliatis (considerationes vocat, non tempora, multæ enim ab omni præsciunt tempore) ut nimirum tot sint modi essendi in calamo & lingua, quot in mente. Singularum significationem sequenti carmine declarat.

I	2	3	4	5
A	E	Y	O	U.

*Res est, existit, æternam, semper & nunquam.*

25 Primæ considerationis character est A. & vocatur *essentialis*; ubi ponit hanc conjugationem, *Sum, sas, sat, samus, satis, sant*: qui enim, ait, *homo est animal*, non asserit, quòd homo sit, hoc est, existat; sed quòd inter alia prædicata habeat animal. Ut igitur sinè molesta circumlocutione commodè tollatur æquivocatio, Caram. di-

cendum existimat, *Homo sat animal.*

Secundæ considerationis character est E. & hæc vocatur *existentialis*, quia existentiam concernit: pro qua ponit hanc conjugationem, *Sem, ses, set, semus, setis, sent.* Dicit ergo (locò *Petrus est*, vel *Petrus existit*) *Petrus set.*

Tertiæ considerationis character est

## 12 Pars Unica. Dissertatio I. De Terminis Logical.

est X. nominatur *aterna*, quoniam competit uni & soli DEO, cui præsentia, præterita & futura sunt simul. Pro ea ponit hanc conjugationem, *Sym, fys, fyt, symus, fytis, fyt.* Unde juxta Caram. hæc propositio, DEUS *fyt*, æquipollet huic: DEUS fuit ab æterno, & in æternum, duratione quâdam simultaneâ, quæ simul omni præfenti, & omni futuro coexistit.

29 Quartæ considerationis character est O. & hæc vocatur *sempiterna*, quam cognoverunt veteres & *ampliatum* vocârunt, & defectu vocum per circumloquia exposuerunt. Utebantur hæc regulâ: *Verbum ampliatum, in quocûmque tempore ponatur, perinde est; significat enim præteritum, præsens, & futurum.* Cui insistendò volebant, has propositiones, DEUS est, DEUS fuit, DEUS erit, esse æquipollentes, & singulas æquivalere huic, DEUS ab æterno fuit, nunc est, & in æternum erit. Statuit hic Caram. hanc Conjugationem: *Som, sos, sot,*

*somus, sois, sont,* & priores propositiones omnes reducit ad istam breviorē: DEUS *soit.* Et quia creaturis intellectualibus non nisi imperfecta sempiternitas, quæ scilicet habeat initium sine fine convenit; hinc ad illius differentiam, commodè exprimendam hanc conjugationem, quam vocat imperfectam subjungit: *Soim, sois, soit: soimus, soitis, soint,* & cum alius pronunciat, *Angelus est,* & erit in æternum, Caram. succinctissimè dicit, *Angelus soit.*

30 Quintæ considerationis character est U. vocaturque præcisa, eod quod tempus indeterminatum ab omnibus abstractum involvat. Et pro talibus formandis propositionibus ponit hanc conjugationem, *Sum, sus, sut: sumus, suis, sunt &c.* Similiter pro plusquam perfectis, & imperfectis singularum s. Considerationum novum conjugationis modum excogitavit. Hæc ex Caram. metraduxisse, Lector boni consulat.

## Q U Æ S T I O II.

DE

### Universalibus & Terminis Logico. Metaphysicis.

§. I.

#### De Universali in genere.

I C ontemnitur à multis, ut scribit Illustriss. noster Caramuel in sua Philof. Rationali, notitia universalium; nec miror; subtilissima

est, & postulat felicissima ingenia. Imò universalia in specie, non tam Dialecticum quam etiam Metaphysicum ad sui intelligentiam desiderant.

rant.

rant. Utergo saltem terminos logico-Metaphysicos intelligamus, non tantum universale in genere; sed etiam quinque universalia seu Prædicabilia, ommissis controversiis, quasi de plano exponemus.

2 Assertio I. Sicut nomine singularis vel individui denotamus aliquid, quod de uno tantum prædicari potest; ita nomine universalis intelligimus id, quod pluribus commune est, ut *homo*, *animal*. Potest autem aliquid dici universale triplici modo. Primò in *Causando*: sic DEUS est causa universalissima, & creatrix omnium rerum: Sol quoque & Cælum causæ universales respectu effectuum sublunarium. Secundò in *significando* vel *representando*, sicut speculum, species infusæ Angelorum, imago v.g. Leonis omnes Leones, imago Circuli omnes circulos, vox v.g. homo omnes homines ex placito hominum significans & representans. Tertio in *essendo*, quod definitur unum in multis ab Arist. Tale universale esset, si existeret aliqua natura, quæ in se manens una nihilominus identificaretur cum pluribus realiter distinctis individuis, atque in iisdem multiplicaretur: & quia hoc ipsò, quòd huiusmodi natura *inisset* multis (ad quod inesse attendit Metaphysica) competeret eisdem prædicabilitas (quam attendit Logica) seu universalitas in prædicando, illa natura à parte rei foret

tà universale Metaphysicū in *essendo* quàm Logicum in *prædicando*. Cæterum, quomodo implicent naturæ formaliter universales à parte rei, & fiant per intellectum, dictum erat in meis Controversiis Dialecticis 1. parte. Disp. IV. Porro, si vox ipsa examinetur, universale est unum versus multa, vel unum sub se continens multa: & in hoc concreto logico materiali sive subjecto venit natura, vel aliud prædicatum commune multis, pro formali universalitas, unitas, essendi in multis, vel prædicari de multis.

Assertio II. Universalia in specie seu Prædicabilia sunt quinque, scil. *Genus*, *Species*, *Differentia*, *Proprium* & *Accidens*. Ratio: quoniam tot sunt diversi modi prædicandi: quid quid enim prædicatur de aliquo, prædicatur vel essentialiter vel accidentaliter: si essentialiter; & tunc vel prædicatur tota essentialiter, eritque *Species*: vel pars essentialiter, & erit *Genus*, v.g. *animal*, vel pars formalis; & erit *Differentia* ex.gr. *rationalis*. Porro si quid prædicetur accidentaliter simulque convertibiliter, tanquam aliquid necessariò consequens & emanans ex intrinsicis principiis essentialibus, illud vocatur *Proprium*: v.g. *Risibile*. Sin minus, & tantum adveniat contingenter vel ab extrinseco, v.g. *albam*, tunc erit *Accidens commune*. De quibus suo ordine brevissimè.

## §. II.

## Quid, &amp; Quotplex Genus?

Assertio I. Genus, prout hujus loci, est unum aptum prædicari de pluribus specie differentibus, inquit. Dixi in quid, puta, incompletè, modo substantivo (ut animal) essentialiter, si ve tanquam pars materialis ac de terminabilis ad certam speciem mediante differentia, tanquam parte determinante ac formali.

Assertio II. Dividitur Genus in *supremum, medium & infimum*. Res substantialis habet pro supremo genere rationem substantiæ, res accidentalis rationem accidentis; neque enim aliquod superius aut universalius prædicatum attingi po-

test, nisi fortè genus transcendente scil. rationem entis pro vero univoco genere præposueris. Genus medium sive subalternum est, quod respectu inferiorum, de quibus prædicatur, est *genus*, respectu superioris v. g. cui subicitur, est *species*. Sic *Vivens* respectu *plantæ & animalis* est quid superius & *genus*, respectu *corporis* est quid inferius & *species*. Genus infimum appellamus, quod infra se nullum aliud habet, quale est *animal* respectu hominis & leonis, sed non respectu bruti quia brutum sub se continet plures species, ut pisces, volucres &c.

## §. III.

## De Specie, &amp; Secundo Prædicabili.

Assertio I. Species logicè accepta, seu ut secundum prædicabile, est universale, si ve unum aptum prædicari de pluribus solò numero differentibus, in quid. Dixi in quid, non incompletè per modum partis, sicut genus; sed completè per modum totius essentiæ metaphysicæ, quat. includit ea prædicata essentialia, quibus non intellectus natura non concipitur, & quibus solis intellectus concipitur. Hòc modò animal rationale includitur in conceptu essentiali & specie prædicabili *Homo*.

Assertio II. Sicut Genus, ita etiam Species dividitur in subicibilem & prædicabilem; vel in subalternam & infimam, quam vocant atomam, seu specialissimam. Ex gr. *Homo* abstractivè acceptus, quatenus comparabilis ad animal tanquam suum superius & genus appellatur species *subicibilis*; simulque Species infima & prædicabilis, prout comparabilis ad individua humana, de quibus prædicari potest.

§. IV.

Quid & Quotuplex Differentia, tertium Prædicabile?

Assertio I. Differentia latissimè accepta est forma quædam, per quam una res differt ab alia. Hoc fit vel per prædicatum quoddam commune ac separabile, quò modò morus albus differt à nigro: vel per aliquod accidens proprium ac inseparabile, quò modò homini convenit risibilitas, eumque distinguit ab aliis: vel per aliquid essentialè, quale est rationalitas; in quo consistit differentia propriissima, & tertium prædicabile, quod definitur unum aptum prædicari de pluribus specie vel numero differentibus in quocumque. Dividitur ergo differentia propriissima in supremam, subalternam, & infimam. Suprema dicitur, quæ nullam habet supra se, ut *corporeum* & *incorporeum* respectu substantiæ. Sub-

alternam, quæ superiorem patitur, & supponit, saltem fundamentaliter, e. g. *sensitivum* in Arbore Porphyriana habet supra se rationem corporei, infra se verò *rationalè*, quæ est differentia propriissima & infima, nullam infra se habens

Assertio II. Differentia propriissima tria exercet officia. Primò dividit genus, & vocatur *divisiva*. Secundò componit speciem, & vocatur *constitutiva*: Tertio distinguit speciem ab alia, & inde vocatur *distinctiva*. Exemplum esto in *rationali*, quòd in ratione tertii prædicabilis formaliter constituitur per præcisionem illius objectivam ab omni individuo particulari, & per unitatem seu prædicabilitatem de Petro, Paulo, ac cæteris individuis.

§. V.

De Quarto, & Quinto Prædicabili, Proprio & accidenti.

Assertio I. Proprium secundum Porphyrium quatuor modis subiecto convenire potest. Primò dum sumitur pro eo, quod convenit soli, sed non omni, ut esse Medicum vel Musicum soli homini, non tamen omni. Secundò pro eo, quod convenit omni sed non soli, ut esse bipedem omni homini, at præ-

terè multis animalibus. Tertio pro eo, quod convenit omni & soli, & semper, ut igni, esse calidum in summo, homini esse risibile &c. Præterea alia proprietas, est *physica*, quæ tanquam accidens physicum consequitur ad suam essentiam, & ab ea realiter distinguitur, ut calor ignem. Alia *Metaphysica*, quæ

quæ etiam logica & attributalis nuncupatur, non realiter ac physice consequens ad essentiam, sed vel virtualiter vel secundum nostrum modum concipiendi duntaxet, proinde nec realiter est distincta. Primò siquidem solemus intelligere essentiam in sua ratione completam; deinde indagamus atque attribuimus eidem quasdam notiones, proprietates, ac perfectiones quasi secundarias realiter actualiter quidem non distinctas, sed aut formaliter, aut virtualiter; ac in conceptu objectivo essentia explicite non representatas, cujusmodi sunt veritas, unitas, & bonitas in quolibet ente, infinitas respectu naturæ divinæ, mortalitas respectu viventis corporei, ingenerabilitas, intelligibilitas, & appetitus respectu materiæ primæ.

II. Assertio II. Proprium sumptum pro eo, quod convenit omni & soli & semper, adeoque proprium. Quartò modò, prout constituit quartum Prædicabile, definitur, esse universale (quod vocabulum potest in omnium quaque prædicabilium definitione poni) sive unum aptum prædicari de pluribus in quale necessario; id est, proprium quartò modò prædicari potest de individuis & inferioribus specie, quat. inesse petit saltem *connaturaliter*, ut calor ut octo in omni igne, visibile in omni homine.

Assertio III. Accidens aliud Physicum seu *prædicamentale*; aliud logicum sive *prædicabile*. Prius est, quod distinguitur contra substantiam, & subdividitur in novè prædicamenta, quantitatem, qualitatem, actionem &c. posterius dicitur id omne, quod nec conceptum essentialem rei ingreditur, nec cum essentia necessario connectitur fortè ut proprietas vel passio. Quare nihil interest, sive tale ens in se sit substantia, sive reverà accidens, sive *esserationis*, sive reale.

Quòd si accidens prædicabile specificativè atque primò intentionaliter spectetur, definitur, esse illud, quod abest vel adest sinè subjecti corruptione; hoc est, sinè corruptione vel physica, vel Metaphysica, quatenus, etiamsi sublatò vel adveniente accidente res physice & connaturaliter perit, prædicata tamen essentialia adhuc concipi possunt integra: Prout verò sumitur reduplicativè, secundò intentionaliter, & ut quintum prædicabile, sic est unum aptum prædicari de pluribus in quale contingenter, hoc est, sinè connexionè necessaria cum essentia vel subjecto.

Assertio IV. Prædicabilitas accidentis est in ordine ad inferiora seu subjecta, quæ denominat accidentaliter, album v. g. in ordine ad lac, murum, saccharum &c.

*Reflexio.*

15 **A**dverte, quæstionem moveri, at parvi momenti, an universale in communi sit genus univocum respectu quinque Prædicabilium. Pro affirmativa stat ratio, quia quod est unum aptum inesse & prædicari de specie differentibus & quidem sub eadem ratione, illud videtur participare rationem univocam generis. Atqui universale si-ve prædicabile in communi est unum aptum inesse & prædicari de pluribus specie differentibus, &

quidē sub eadem ratione; tum quia universalia illa quinque singula specie quâdam inter se differunt: tum quia diversa ratio prædicabilitatis tantum relucet ex parte differentiæ, non ex parte generis & ipsius universalitatis seu prædicabilitatis; sicut diversa ratio animalis nostro modo concipiendi non intelligitur ex parte animalis, sed ex parte differentiarum, quales sunt rugibilitas, hinnibilitas &c. formaliter à genere discernibiles &c.

§. IV.

*Quid & Quot sint Prædicamenta?*

16 **A**ssertio I. Ante-prædicamenta sunt quædam præambula ad ipsa prædicamenta, & numerò quatuor, *univoca, equivoca, analogæ, & Denominativa*. Horum explicationi operose inhære non valet. Prædicamenta latinè (vel græcè *Categoriæ*) sunt nihil aliud, quàm plurium entium sub uno summo genere contentorum certa dispositio ac coordinatio, quâ accidentia non tantum à substantia, sed etiam unum ab alio discernitur ac separatur.

17 **A**ssert. II. Sunt numerò 10. videl. *Substantia, Quantitas, Qualitas: Relatio, Actio, Passio, Ubi, Quando, Situs, Habitus*. Ratio communiter assignatur, quòd totidem observentur modi essendi in prima substantia. Petrus enim v.g.

velest ens per se existens, vel in alio? Si per se existens, ergo est substantia, si in alio: ergo erit accidens. Quidquid jam Petro seu substantiæ accidentaliter advenit, id, vel Petri substantiam extendit, & est *quantitas*: vel eam qualificat ac modificat, & dicitur *qualitas*: vel eam refert aut proportionat ad aliud, & dicitur *Relatio*: vel connotat aliquid extrinsecum ut principium à quo, vel ut subiectum in quo, & dicitur jam *actio*, jam *passio*: vel tanquam mensuram durationis, estq; *Tempus* seu *Quando*: vel ut mensuram extensionis localis, & dicitur *ubi* seu locus: vel indicat certam partium dispositionem, & dicitur *Situs*; vel denique adiacet ipsi aliquid per modum vestimenti, & dicitur *habitus*.

## QUÆRTIO IV.

DE

## Definitione &amp; Divisione.

§. I.

## Quid sit Modus Sciendi.

**A**sertio : Modus sciendi logicalis est oratio artificialiter (hoc est dependenter à certis regulis) manifestativa ignoti. Est autem manifestatio ignoti nihil aliud, quam rei non omnino ignotæ vel veritatis in obscuro latitantis illuminationatio ac declaratio, quæ trifariam perfici potest, scilicet per definitionem, divisionem & argumentationem. Quæstioni, an res sit, vel quibus dotata perfectionibus, & qualitativibus, satisfacit *Argumentatio*, de qua suo loco : quæstioni quid res sit, respondet *Definitio*: quæstioni, quotuplex res sit, & quas habeat partes, obviat *Divisio*. Sunt, qui propositionem agnoscant pro quarto Modo Sciendi; sunt alii, qui divisionem esse secundum Modum, negant. Nos interim cum opinione communiori stamus pro ternario.

An verò res sit prius definienda, quam dividenda, aut e contra, Caramuel ope distinctionis litem componit. Vel enim est univocum, vel æquivocum, quod explicatur? Si æquivocum, prius dividatur, postea definiatur. Si univocum, prius definiatur, postea dividatur. Quam ob rem, si differendum sit e.g. de Cane, à divisione exordium sume, & ubi illum in cœlestem, terrestrem, & marinum distinxeris, singulorum naturas ac proprietates debitis definitionibus dilucidato. Si verò de animali differendum sit, à definitione exordium sume: dic, illud esse *vivens sensitivum*: postea ad divisionem procede, & singulorum animalium essentias novis definitionibus exornare satage. Interim in praxi non solemus ad ista scrupulosè attendere.

§. II.

## Quid &amp; Quotuplex Definitio?

**A**sertio I. Definitio est oratio explicans naturam, essentiam vel quidditatem rei. Actus internus, quò intellectus exprimit

conceptum rei objectivum, hoc est, prædicata in re definibili contenta, appellatur definitio *formalis*, vel etiam *vocalis*, si per actum potentie

tix

tiæ locutiæ proferatur : *objectiva* : verò & fundamentalis definitio sunt ipsa prædicata rei seu objecti definiti expressa :

4. Assertio II. Definitio *positiva* est , quæ explicat , quid res sit , v. g. *animam esse actum corporis Organici &c.* *negativa* , quæ explicat , quid res non sit , ut , quòd materia prima nec sit tota substantia , neque quantitas , neque qualitas &c. *Positiva* rursus alia est quid Nominis , interpretans vocem vel ethymologiam , ut si dicas , *vir est , qui vires habet* : alia *quid rei* , explicans ipsam rem significatam per nomen : Hæc iterum alia est *essentialis* , & quidem *physica* , quando explicat definitum secundum suas partes substantiales *physicas* realiter distinctas , e. g. quòd homo sit compositum constans corpore & animâ rationali : vel *Logica* aut *Metaphysica* , quando definitum explanat secundum genus & differentiam ceu prædicata , & partes non realiter actualiter , sed ad summum realiter virtualiter , vel formaliter & actualiter per intellectum distinctas , ut in hac : *Homo est animal rationale* : alia *Descriptiva* , quæ vel est *propria* , cum scilicet rem attingit secundum proprietatem quarto modo appertinentem , velut in hac : *Homo est animal admirativum , risibile &c.* vel *accidentalis* , quando accidentia communia conglomerat , quorum singula multis conveniunt , tota collectio verò non nisi vim de-

finito specifico ; e. g. in ista : *Homo est animal bipes , non alis sed manibus constans* . His accenset *Caram* vel definitionem *connotativam* , si rem aliquam per accidentia extrinseca , hoc est , per res , quæ sunt extra definitum , describamus ex. gr. *Christus est filius Virginis* , ubi Virgo , quam Christus ut Matrem suam connotat , entitati filii extrinseca est : item *Causalem* , quâ natura per causas extrinsecas explicatur , fortè per *Efficientem* : e. g. *Homo est vivens* , cujus animam solus Deus creat : vel per *Finalem* , e. g. *Homo est animal creatum ad æternam beatitudinem* : vel denique per quasi *Causam* : e. g. *Eclipsis aliqua est interpositio Lunæ inter solem & oculum* .

Superfunt & aliæ definitiones , inter quas apud *Caram* in *Logica* vocali leges primò Definitionem *Hypostaticam* , quâ res explicatur secundum naturam & subsistentiam , v. g. *Homo est suppositum habens humanitatem* . Secundò Definitionem *artificialem* pro artefactis ceu entibus per accidens , qualia sunt Palatia , Pyramides , Mausolæa &c. Tertio Definitionem rerum *Moralium* : de his ait ille , quòd omnia entia moralia seu virtualia pendeant ab hypothese , & concipiantur ad instar entium realium : Quam ob causam definienda sunt analogiâ servatâ . Nam qui dicit , *Repubblicam esse hominem Mysticum* , tenetur exponere , quid in ipsâ habeat

rationem suppositi, quid corporis, quid animi : ubi sit caput, ubi manus, pedes &c. proinde recte per-

pendenda est definitio hominis realis, atque à rationis paritate procedendum.

## §. III.

## De Legibus Bonæ Definitionis.

6 **A**sfertio : Leges bonæ & accuratæ definitionis per prædicata essentialia exigunt, Primò ut fiat per genus & differentiam, aut saltem per modum generis & differentiæ. Secundò ut in definitione rigorefa genus sumatur *proximum*, tale nempe, in quo definitum cum paucissimis conveniat. Ex. gr. Sit definiendus equus : in arbore Porphyriana substantiali plura reperies prædicata essentialia. Supremum & generalissimum est *Ens*, dein *substantia*, *corpus*, *vivens*, *animal*, *Equus*, *Pegasus*. Si jam pro animali tanquam genere proximo, in quo equus convenit cum omnibus animalibus, acciperem *substantiam* vel *corpus*, dicendò, equus est *substantia hinnibilis*, & non dicendò, *equus est animal hinnibile*, in rigorem legum peccarem. Tertio requiritur differentia *Ultima*, hoc est, tale prædicatum, per quod res definita maximè distat ab omni alia specie, & in sua propria specie constituitur. Quarto definitio debet esse clarior & notior suo definitò.

Quinto convertibilis cum definito, quando definitio fit per prædicata essentialia ; hoc est, debent de se invicem in recto identicè prædicari posse : v. g. *equus est animal hinnibile* : ergo *animal hinnibile est equus*. Quod tamen limitandum est quoad sola prædicata realia, nec extendendum ad intentionalia, quæ definito competunt dependenter à nostro intellectu. Sophisma enim obtrudis, quando dicis : *Definitio est modus sciendi*, ergo etiam *definitum* : vel *animal rationale est oratio*. Ergo etiam *homo est oratio* : nam esse orationem & modum sciendi sunt prædicata ac denominationes logicæ secundò intentionales, non convenientes definito, vel homini à parte rei, sed dependenter ab intellectu &c. Sextò debet esse brevis. Unde hæc : *homo est animal sensibile & rationale non est juxta amussim Dialecticam* : quia *sensibile* bis ponitur, utpote contentum in animali. Denique debet convenire omni & soli definito, ex. gr. omni & soli homini.

## §. IV.

## Quid, &amp; quotuplex Divisio.

7 **A**sfertio : Divisio est oratio (interna vel externa, mentalis

vel vocalis) totum in suas partes distribuens : velut cum dico : *animal*

mal, aliud rationale, aliud irrationale; vel aliud homo, aliud brutum.

8 Divisio est totuplex, quotuplex sunt tota divisibilia. Est autem totum principaliter duplex; *actuale*, quod constat partibus actualibus, ut numerus binarius ex 2. unitatibus, Palatium ex lignis & lapidibus: & *potentiale*, constans partibus potentialibus, sive potentialibus: estque nil aliud, quam conceptus quidam universalior, superior, seu abstractior, contrahibilis per differentias inferiores, quæ tamen illum conceptum non ingredientur, tamen illa ratio abstracta est de illis prædicabilis tanquam de subjectis, e. g. Animal, quando sine differentiis concipitur secundum se, habet aptitudinem & prædicabilitatem, ut prædicetur jam de bruto, jam de ho-

mine, jam de Petro, jam de Paulo &c.

9 Divisio totius actualis vel abit in partes physicas, ut hæc, hominis alia pars anima, alia corpus: vel in Metaphysicas, seu Logicas, ut, hominis alia pars animal, alia rationale: vel in partes *integrantes*, essentialiam ipsam non constituentes, ut: corporis pars alia manus, alia pedes, alia caput &c.

10 Huc etiam spectat divisio accidentalis, quæ subjectum dividitur in sua accidentia, ut homo in album & nigrum; vel species physicè sumpta in individua, ut idem homo in Masculum & Fœminam: vel accidens in sua subjecta, ut album aliud homo, aliud murus, aliud lac &c. Vel accidentia in accidentia, ut album in dulce & amarum.

§. V.

De Legibus bonæ Divisionis.


11 **A**sertio: Legum bonæ divisionis prima est hæc: *Divisum* præcisè in se contineat omnia membra dividenda, hoc est, nec plura, nec pauciora, si tamen res adæquatè dividatur, & quidem fieri debet semper in membra proximiora. 2da: Singula membra seorsim sumpta minùs contineant, quàm *divisum*, ut nempe totum sit majus suâ quavis parte: hinc mala est hæc: animal aliud sensitivum, aliud homo; cùm in sensitivo id

omne contineatur, quod in animali ceu *diviso* continetur. 3tia: membra dividenda, si omnia enumerentur, collectivè sumpta debent adæquare rem divisam. 4ta: Debent membra aequaliter esse opposita, quando divisio est essentialis: hinc mala ista: animal aliud rationale, aliud irrationale, aliud aquaticum; siquidem tertium membrum jam continetur sub secundo. Sunt & aliæ leges. Nos ubique brevitatè studeamus.

## Reflexio.

12. **A**dverte : Potest definitio & divisio esse *vera*, & simul *mala* : *vera*, quia forsan nihil dicit, quod ex parte rei & objecti non correspondet : *mala* tamen ; quia à regulis Dialecticis deficit. Ut ecce !!

Hominem definivisti : esse substantiam, sensitivam, rationalem, risibilem & corruptibilem : aut animal : divisisti in rationale & risibile : *verè* dixisti, at non *benè* secundum Dialecticam.



## DISSERTATIO II.

COMPLECTENS

PROPOSITIONEM, OPPOSITIONEM,  
ÆQUIPOLLENTIAM ET  
CONVERSIONEM.

**Q**uid sit, & quomodo definienda propositio, in Dialectica controversa ad initium partis II. monstratur ; ubi per decursum aliquot notabiles controversias ob oculos posuimus. Hic quæ planiora, circa divisionem, & affectiones, exploremus.

## QUESTIO I.

DE

*Propositione.*

S. I.

*De divisione Propositionis.*

11. **A**sertio : Propositio dividitur diversimodè. I. in *veram* & *falsam*. II. in *affirmativam* & *negativam*. III. in *Formalem*, quando inter subjectum & prædicatum intercedit aliqua distinctio, saltem ra-

tionis ; & in *identicam*, in qua idem prorsus ponitur ex parte prædicati, quod ex parte subjecti. IV. in *propositionem de secundo adjacentem*, quando præter verbum *est* nullum additur prædicatum, v. g. *Pet-*

rus est ; & de tertio adjacentem , quando additur aliud , v.g. *Petrus est currens.*

2. Dividitur V. in simplicem seu categoricam & compositam. Simplex constat tantum ex terminis subjecto , prædicato & copulâ : composita constat integris propositionibus , e.g. *si arbor est planta , arbor est vivens.* VI. in Modalem , quæ rem alteri inesse vel non inesse dicit sub certa modificatione ; & absolutam , in qua prædicatum absolute affirmatur vel negatur de subjecto exemplum Primæ : *Petrus est contingenter bonus : Plato est impossibiliter baptizatus : Sacerdos est necessario homo &c.* Exemplum secundæ *Paries est albus.*

Dividitur Propositio ratione materiæ in necessariam , contingentem & impossibilem. Si Prædicatum & subjectum ( quæ dicuntur materia & forma propositionis ) habeant connexionem necessariam , dicitur propositio in materia necessaria , ut hæc : *omne animal est sensitivum.* Si tantum contingentem , puta , si subjecto prædicatum possit inesse vel non inesse , dicitur propositio contingens , uti hæc : *Aristoteles est doctus.* Quod si prædicatum careat omni connexionem , vel omnino repugnet subjecto , ut in hac : *lapis est homo* , propositio erit impossibilis. Alias divisiones præmitto. Videatur Nominatim. Sumulista Exim. D. P. Kam.

2. VI.

*Expenditur Qualitas Propositionis.*

4. **A**sertio : qualitas propositionis potissimum consistit in veritate vel falsitate. Vel enim in affirmatione & negatione. Ratio : quia , dū quæstio movetur , qualis sit propositio , responderi solet , esse affirmativam vel negativam , veram vel falsam. Hic tamen meminisse oportet , quod alibi hæc duo : *veritas vel falsitas* : Et posse significare *verum vel falsum* : confundere noluimus. Cæterum , ut percipiatur , num aliquæ propositiones sint affirmativæ , vel negativæ , dispiendum est , ex qua parte stet particula *non* : an immediate præponatur subjecto aut prædicato ; vel an

immediate ante copulam *est* ponatur ? Est namque duplex negatio *negans* scilicet & *infinians* , per consequens etiam duplex propositio *infiniana* & *negativa*. Exemplo sint sequentes propositiones : *Non homo est carens rationalitate : homo est non Leo : Homo non est Leo.* In prima particula negativa afficit immediate *subjectum* : in secunda *prædicatum* : & hæc duæ non multum inter se differunt , apparent quidem ut *negativa* , reipsâ tamen sunt *affirmativa*. Tertia verò , in qua particula *non* immediate copulam afficit , communiter reputatur pro *negativa*. ¶ Nunc statuuntur regulæ.

5. Regula prima generaliter pro omni propositione affirmativa, ut sit vera, requiritur, ut rectum subjecti realiter identificetur cum recto prædicati, etiam si obliqui realiter distinguantur: ut in his: *Substantia est ens: album est dulci* quæ ultima idem importat in recto ex parte subjecti, quod importat in recto ex parte prædicati, hoc modo exponenda *Res habens albedinem est res habens dulcedinem*. Ex opposito ad veritatem propositionis negativæ requiritur negatio identitatis inter rectum prædicati & rectum subjecti: ut in hac: *Petrus non est lupus*.

6. Regula secunda: Propositio negativa constans terminis concretis ad sui veritatem non requirit, ut distinguantur obliqui in illis concretis inclusi, v. g. in hac: *Agens non est patiens*, reddente hunc sensum: *Res habens actionem non est res habens passionem*: ubi res agens & res patiens tanquam duplex rectus realiter distinguuntur, & obliquus, saltem in Thomistarum opinione, est unus idemque realiter, puta, *Actio & passio*.

7. Regula tertia: Veritas Propositionis Copulativæ exigit, ut propositiones simplices, ex quibus componitur, sint veræ, sicuti vera est hæc: *Paulus est Prædicator, & Petrus est Pontifex*: falsa ista: *Petrus est pœnitens, & Judas est sanctus*.

8. Regula quarta: In disjunctivis non

semper necessariū est, ut unatantum pars verificetur: ipotest enim quandoque; utraq; vera esse, v. g. hæc: *Petrus ambulat vel orat*, vera est, etsi ambulet & oret, secus est in propositione copulativa, in qua utramque oportet esse veram, ut jam colligitur ex dictis. Propterea hæc falsa est: *Petrus est homo, & Paulus est lapis*: imò tota est impossibilis: quia bonum ex toto sive integro, malum ex qualibet parte vel defectu. Similibus autem quæstio, quæ unica responsione expediri nequit, vocatur *psima*: quæ autem unica responsione expediri potest (affirmandò aut negandò) *erotema* vocatur.

9. Regula quinta: Ad veritatem Propositionis hypotheticæ opus est, ut consequens rectè inferatur ex antecedente. Hinc vera est: *Si asinus est homo, est discursivus*: falsa hæc: *si homo est animal, est risibilis*. Quia ratio risibilitatis non fundatur in animalitate secundum se sumpta, & formaliter: alias enim bruta riderent; e contra ratio discursivi fundatur in humanitate.

10. Regula sexta: Ad veritatem causalis propositionis consequentis requiritur illatio ex antecedente, prout verò, & prout causâ consequentis. Hinc vera est hæc: *quia homo est rationalis, est admirativus*: falsa ista: *quia homo est admirativus, est rationalis*.



§. III.

De Quantitate Propositionis.

**A** Ssertio : Quantitas nihil aliud hic, quàm extensio vel restrictio subjecti propositionis ; estque quadruplex, universalis, particularis, singularis, & indefinita. Universalis, quando subjecto præfigitur syncategorema universale nullus, omnis, nemo, quilibet &c. *Particularis*, si signum particulare, ut aliquis, quispiam : *Singularis*, quando ipsum subjectum est singulare : indefinita, quando nullum signum apponitur, res patet in his 4. propositionibus : *omnis planta est vivens : nullus homo est planta : aliquis homo est medicus : Petrus, vel hic homo est miles : homo est animal.* Circa indefinitam notandum, quòd in materia necessaria æquivalet universalis (veluti in postremo exemplo, ubi homo idem est ac omnis homo) In materia contingenti verò, æquivalet particulari : quod tamen sic intelligendum, quòd universalis vel particularis ex indefinita inferatur, non quòd indefinita sit universalis aut particularis in se. Item si inde-

finita negativa sit, similiter vim universalis continet, propter particulam *non*, quæ ita malignantis est naturæ, ut prædicatum ab omni subjecto sub illa contento amoveat destruatque. Unde hæc indefinita : *Peccator mortalis non meretur veniam*, æquivalet huic universalis : *nullus peccator meretur vineam.* His adde propositionem indefinitam, quæ profertur à lege vel Legislatore, his forsitan in terminis : *Civis portans arma 10. florenis mulèbetur* : talis enim æquivalet universalis, & comprehendit omnes cives : nisi obstat præsumptio contraria. Econtrà sunt tamè casus in materia contingenti alii duo, in quibus ab indefinita ad universalè non licet procedere. 1. Quando materia est odiosa; secus foret in favorabili. 2. Quando ex significatione & comprehensione universalis sequeretur aliquod absurdum, ut si dicas : *Cantores amant humores* : non enim intelligendum est de omnibus, prorsus nullò exceptò.



## QUÆSTIO II.

DE

### Propositionum oppositione.

§. I.

#### Quid & quotuplex sit Oppositio.

**I** **A**SSERTIO: Propriè dicta oppositio est triplex, scilicet, *contradictoria, contraria, & subcontraria*. Est autem oppositio hic duarum propositionum affirmatio ejusdem & negatio. *Contradictoria* Philosophia Salisburgensis cum aliis quibusdam definit hęc modò, quòd sit *affirmatio & negatio ejusdem de eodem in duabus propositionibus, quarum qualibet dicit tantum quantum præcisè sufficit ad falsificandam alteram*. Quæ definitio vel idèò cæteris videtur præferenda, quia est contradictoriorum à contrariis distinctiva, saltem eatenus, quatenus in contrariis una plus negat, quàm necessarium sit ad falsificandam alteram. Illud sumoperè observandum in contradictoriis, quòd debeat intervenire idem omninò subjectum, & idem omninò prædicatum secundum omnes circumstantias tempus, locum &c. alioquin non erit affirmatio vel negatio secundum idem: unde contradictoriæ nõ sunt sequentes: *Petrus sedet Roma, Petrus Salisburgi non sedet*.

**2** *Contraria* sunt affirmatio & negatio ejusdem de eodem in 2. propositionibus, quarum quælibet plus

enuntiat, quàm requiratur præcisè ad falsificandam alteram; sive: in contrariis una propositio est universalis affirmativa, altera universalis negativa: adèòque in quantitate conveniunt, & differunt in sola qualitate, ut istæ: *omnis homo est electus ad beatitudinem: nullus homo est electus ad beatitudinem*: ubi sufficeret ad falsificandam primam, si in secunda propositione locò *nullus*, poneretur *aliquis*.

*Subcontraria* sunt affirmatio & negatio ejusdem de eodem in duabus propositionibus, quarum quælibet minus enuntiat, quàm sufficiat ad falsificandam alteram: sive, quarum una est particularis affirmativa, altera particularis negativa: v. g. *aliqua stella est planeta, aliqua stella non est planeta*. Patet modò per se, oppositionem subcontrariorum esse in sola qualitate. Prædictis tribus speciebus addi solent à pluribus

*Subalterna*, non sunt similiter affirmatio & negatio ejusdem de eodem, sed repugnantia propositionum secundum quantitatem tantum, adèò, ut una sit universalis, secunda particularis, ut in his:

*omnis*

*omnis Logicus est doctus, aliquis Logicus est doctus: omnis homo est risibilis, aliquis homo est risibilis.*

§. II.

*Leges Propositionum Oppositarum.*

**L** Ex prima pro contradictoriis est, quod nequeant esse vel simul veræ vel simul falsæ; obstante nimirum illò principio metaphisicò *idem non potest esse & simul non esse*: quod ceriò evertetur. Hoc ostenditur sequenti modò, sint hæ: *omnis homo salvatur, aliquis homo non salvatur*. Pone, primam esse falsam, v. gr. Cain vel Judas damsetur: dic etiam secundam esse falsam: sequetur Judam salvari, & simul non salvari: nam si prima *omnis homo salvatur*, sit falsa, vera erit illius contradictoria: *aliquis homo non salvatur*: rursus, si falsa sit secunda, *aliquis homo non salvatur*, necessario vera erit illius contradictoria, *omnis homo salvatur*. Cum nullus ostendi valeat, qui non salvetur. Subsumo dein: Judas est homo: Ergo Judas salvatur, & simul non salvatur. Ergo idem simul esset, & simul non esset. Eòdem facillimò modò demonstrari posset, quod nequeant duæ contradictoriæ esse simul veræ, sed quid opus demonstratione principii à nullo in cõtroversia traducti?

Lex secunda pro *Contrariis*, quod nequeant esse simul veræ in ulla materia; possint tamen esse simul falsæ non quidem in materia necessaria sive naturali; benè tamen in mate-

ria contingenti, ut si dicam; *Omnis studiosus nunc ambulat, nullus studiosus nunc ambulat*. Prima falsificatur, si vel unicus homo non ambulet, & 2da, si vel unicus ambulet.

Lex tertia pro *Subcontrariis*: quod possint esse simul veræ in materia contingenti; non tamen simul falsæ: patet in his simul veris: *aliquis studiosus habet oculos; aliquis studiosus non habet oculos*, sunt ambæ absque dubio veræ. Quòd autem repugnet simultanea falsitas duarum contrariarum, ex eo probatur, quia aliàs sequeretur simultanea veritas duarum contradictoriarum: nam si falsa est hæc: *aliquis studiosus habet oculos*, vera est hæc illius contradictoria: *nullus studiosus habet oculos*: sique falsa sit & altera: *aliquis studiosus non habet oculos*, vera erit contradictoria: *omnis studiosus habet oculos*: Et quamvis illæ duæ de novo ductæ propositiones ut jacent, appareant contrariæ: si tamen locò *nullus &c.* ponatur, *aliquis studiosus non habet oculos*, illico transmigrant in contradictorias.

Lex quarta pro *Subalternis*: si universalis affirmativa vel negativa ceu subalternans sit vera; particularis affirmativa vel negativa, vera

quoque debet esse. Ut in his: *Omnis studiosus habet oculos: Ergo etiam*

*aliquis habet oculos. Nullus habet oculos: Ergo etiam aliquis non &c.*

## S. III.

## Reflexio Scrupulosa.

20 **S**crupulus I. Ista propositiones: *Petrus est albus, Petrus non est albus*, nec sunt contradictoriae, nec contrariae, nec subcontrariae, nec subalternae, veluti examinanti patebit. Ergo ultra species oppositionis praefatas alia nova erit adstruenda. Confirm. Deberent referri ad contradictorias: sed male referuntur: Quia in contradictoriis debet fieri oppositio in quantitate universali & particulari: at quomodo hoc asseritur in dictis propositionibus?

21 Resp. cum Illustrissimo D. Caramuele in sua Logica Vocali, veram & propriam oppositionem omnino reperiri inter propositiones singulares: quia ipsae solae sunt affirmatio & negatio ejusdem de eodem sumpto determinate; & ne quidem divinitus sua oppositione adaequatae anticipata privari possunt. Et haec, pergit prae laudatus Vir, oppositio est, quae proprie dicitur *contradictoria formaliter*: nam haec assertiones: *omnis homo est albus: &: aliquis homo non est albus*, contradictoriae quidem sunt, quia participant contradictoriarum adaequatam anticipatiam, tam in veritate quam in falsitate: sunt tamen contradictoriae solum *radicaliter*, nempe, aptae inter-

re duas contradictorias formales, si simul verae, aut simul falsae asserantur: Demus enim, has esse simul veras: *Omnis homo est albus; & aliquis homo non est albus*. Assignetur ille, qui dicitur non esse albus. Sit Petrus. Ergo erit verum dicere: *Petrus non est albus*. Tunc autem sic arguitur: *omnis homo est albus*. Atqui Petrus est homo. Ergo Petrus est albus: itaque verae erunt haec duae: *Petrus est albus, &: Petrus non est albus*: atque adeo oppositio propositionum universalis, & non universalis inferet contradictorias formales, hoc est, singulares, nec in congrue dicitur *contradictoria virtualiter vel radicaliter*.

Scrupulus II. Si istae forent con- 22  
tradictoriae: *Omnis homo est albus: aliquis homo non est albus*, tunc haec quoque: *Omnis homines sunt albi: aliqui homines non sunt albi*, pariter erunt contradictoriae. Atqui posteriores nequeunt esse contradictoriae. Ergo nec priores. Seq. Maj. patet: quia parum refert, an oppositio fiat secundum numerum pluralem; an secundum singularem. Min. prob. Propositiones quae possunt esse simul falsae, non possunt esse contradictoriae. At posteriores possunt esse simul falsae: Pona-  
mur

mus enim, omnes homines esse albos (quod sanè à divina potentia facillimè ordinari posset) exceptò unò, qui sit *niger*: an non propositio universalis affirmativa falsum asseret: enimverò ad manutenendam veritatem requireretur, ut ne unus quidem *niger*, id est, non albus, superesset. Sed secunda similiter, in data hypothèsi, falsum proferret: cum ad verificandam hanc: *aliqui homines non sunt albi*, ad minus duo homines extare deberent, qui nigri essent vel non albi.

23 Resp. N. seq. Maj. & quidem ex rationibus appositis fateor ipse, præcitas propositiones non esse contradictorias, sed spectare ad contrarias. Ad quod penitus penetrandum, observo ex ingeniosissimo Caramele, pro deprehendenda oppositionis specie non tam debere attendi ad signa universalialia vel particularia, quàm ad participationem proprietatum, adeò, ut si propositiones oppositas non posse esse vel simul veras, vel simul falsas, comperit habeas, sub contradictoriis; aut si simul falsas esse posse cognoscas, sub contrariis; aut si simul veras esse posse videas, sub subcontrariis; vel denique si & veras & falsas esse posse, scias, sub disparatis comprehendendi, decernas. Nec quispiam nimidum credulus sibi metipsum persuadeat, perinde esse, sive propositiones formentur in numero singulari, sive in plurali: sed oculatior perpendat, per variationem numeri

& ipsum objectum variari posse, consequenter & oppositionis naturam. Alii prædictas propositiones idè contrariis adscribunt: quia negativa plus negat, quam requiratur ad falsificandam affirmativam, & poni potuisset loco *aliqui* tò *aliquis*.

Scrupulus III. Hæ sunt contrariæ: *Omnes homines sunt albi*: & *nulli homines sunt albi*: istæ subalternæ: *omnes homines sunt albi*, *aliqui homines sunt albi*: *Nulli homines sunt albi*, *aliqui homines non sunt albi*. Quales ergo judicantur illæ: *aliqui homines sunt albi*, *aliqui homines non sunt albi*? Certè nec contradictoriæ sunt, nec contrariæ. Ergo forsitan subcontrariæ, derivatæ nimirum ab his: *aliquis homo est albus*; *aliquis homo non est albus*. At neque hoc: quia subcontrariæ sunt quidem capaces simultaneæ veritatis; non item simultaneæ falsitatis. Atqui memoratæ propositiones: *aliqui homines non sunt albi* &c. sunt capaces vel simultaneæ veritatis: quia constat, dari æthiopes, adeòque aliquos non albos, & dari Europæos, adeòque etiam albos: vel simultaneæ falsitatis, casu quo duo solum existerent homines, alter albus, & alter non albus: tunc enim falsum esset, *aliquos esse albos*, *aliquos non esse albos*. Non ergo facilè edici potest, quò reducantur ista opposita.

Resp. breviter, præcitas propositiones, de quibus instituitur quæstio, philosophicè non esse opposi-

tas, sed disparatas. Deberent enim reduci ad subcontraria; & tamen, ut rectè probatum, perperam illic reducuntur, cum propositiones illæ possint esse non tantum simul veræ, sed etiam simul falsæ; & tamen de natura subcontrariorum sit, posse esse simul veras, non item falsas.

26 Nec dicas: In casu dato, quò duo solum existunt homines, alter albus, alter niger, hanc propositionem: *aliqui homines sunt albi*, fore quidem falsam: alteram tamen: *aliqui non sunt albi*, vel ideo veram fore, quia ad veritatem illius sufficit, quod alter homo non sit albus. Nam

27 Contra est: si ponamus duos homines, videntem & cæcum, non erit verum dicere: *Hi duo sunt cæci*: vel: *hi non vident*. Ergo nec verum erit dicere, propositis duobus, albo & nigro, *hi non sunt albi*.

28 Replicas: absurdum est, non esse excogitabilem aliquam propositionem contradictoriam huic: *aliqui non sunt albi*: quænam autem excogitabitur, si hæc: *Omnes homines sunt albi* contraria, non verò contradictoria efficiat?

29 Respondet Philosophia radicalis Eclectica, contradictoriam hujus: *aliqui non sunt albi*, esse istam: *falsum est, aliquos non esse albos*: similiter hujus: *isti homines sunt albi*, contradictoriam esse istam: *falsum est, istos homines non esse albos, vel esse non albos*.

30 Scrupulus IV. Si dicam: *Omnis homo est albus; Petrus non est albus*:

sintne contradictoria, vel non? Secundum dici non potest: quia, ut scribit in sua Logica Vocali Illustriff. Caram. art. 34. n. 629. Arist. lib. 1. de Interpret. cap. 6. eam, quæ fit inter universalem, & non universalem, dixit esse oppositionem contradictoriam. Nomine autem non *universalis tam* particularis, quam singularis intelligenda venit: quia hæc veritas: *omnis homo est coloratus* non minus opponitur huic asserto: *aliquis homo non est coloratus*, quam huic: *Petrus non est coloratus*. Ergo debet dici primum, nempe esse contradictorias. At nec hoc immobiliter verum stat, quia illæ propositiones possunt esse simul falsæ. Ergo nihil.

Resp. Non esse contradictorias, sed contrarias: cum reverà possint ambæ esse falsæ: supponatur enim *Petrus albus*, & *Paulus non albus*, tunc illa: *Omnis homo est albus*, Paulò non habente albedinem, cadit in sua veritate; & altera: *Petrus non est albus*, Petrò habente albedinem, similiter cadit. Unde Philosophia radicalis Eclectica in hoc puncto ipsum Caramuelem, quem alias magni facit, erroris redarguit, quòd singularem & particularem propositionem æquiparare, quantum ad oppositionem, allaborâit.

Scrupulus V. Quales censentur; istæ oppositæ: *solus homo currit; solus homo non currit*. Pro contradictoriis ex una parte facit, quòd una videatur negare, quòd altera affirmat,

mat, & ita se contradictoriè opponat. Pro contrariis favere videtur, quòd expositæ possint esse falsæ.

33 Resp. Reduci ad *contrarias*, nec in una negari, quòd altera affirmat. Nam ista: *solus homo currit*, ita exponitur: *Homo currit, & nullum aliud ab homine currit*. Altera: *solus homo non currit*, sic exponitur: *Homo currit, & aliud ab homine currit*. Quæ posterior propositio priori non opponitur contradictoriè. Non enim negat id, quòd prima affirmat, licèt affirmet id, quòd prima negat. Affirmat quidem secunda, aliud ab homine currere, quòd prima negat: non tamè negat, *Hominem currere*, quòd prima affirmat: & ideò utraque potest esse falsa, scil. per hoc præcisè, quòd nullus homo currat. Unde inferitur, quòd hujusmodi propositiones virtualiter & implicitè sint compositæ, circa quas regulæ oppositionum pari passu non procedunt, sicut in purè simplicibus. Patet in his: *Petrus currit, & Paulus currit: Petrus non currit, & Paulus non currit*. Ubi utraque esse potest obnoxia falsitati (quòd in contradictoriis locum non habet) corrente solò Petró. Nam prima redditur falsa, quia cursum etiam Pauli affirmat; secunda verò: quia cursum Petri negat. Et hoc inde provenit, quòd omnis propositio composita vel hypothetica duo habeat objecta, & ad suam veritatem consequenter conformitatem cum ambobus exposcat.

Scrupulus VI. Strictior militat<sup>34</sup> oppositio inter contrarias quàm inter contradictorias. Si ergo contrariarum una negat totum, quòd affirmat altera, contradictoriæ debent plùs negare.

Resp. D. Ant. ita ut tò *strictior*<sup>35</sup> idem denotet ac *universalior*, Conc. Ant. ut denotet idem, ac *rigorosior*, N. A. & conseq. Strictius agitur, si negetur præcisè alicui, quantum opus est, & sufficit ad falsificandam illius propositionem, quàm si negem alicui *universaliter*. Deinde, ut doctissimè advertit Heimbach de Opposit. Proposit. hæc particularis: *aliquis homo non est animal*, implicitè est disjunctiva & exponitur sic: *vel Petrus non est animal, vel Paulus &c.* Ergo rectè contradicit huic: *Omnis homo est animal*, quæ est implicitè copulativa, sive distributiva: nam sic exponitur: *& Petrus est animal, & Paulus &c.* Porrò omni copulativæ contradicitur per disjunctivam, & econtra.

Restarent plura dicenda circa<sup>36</sup> propositiones modales, quales sunt illæ, in quibus similia prædicata continentur: *necessarium, impossibile, possibile, contingens, liberum, fallibile, infallibile, improbabile, merè probabile, magis probabile, equè probabile, minus probabile, evidens, inevidens, dubium, certum, divinâ fide stabilitum, sive humanâ tenendum, certum moraliter, per se notum, censurâ dignum, temerarium, periculosum, pias aures offendens,*

erroneum, scandalosum, proximum hæresi, hæreticum &c. Ut ergo modalium oppositionem facilius intelligas, subnota paucis primò omnes modales veras esse necessarias. Licet enim hæc: *Petrus currit*, de inesse sit contingens: hæc tamen modalis: *Petrum currere est contingens*, est necessaria. Sic etiam, licet ista sit modalis: *Petrus contingenter currit*: Hæc tamen: *Petrus contingenter currit*, est propositio modalis, in actu exercito non est propositio modalis, sed absoluta: quemadmodum etiam hæc est propositio categorica, nec in actu exercitio conditionalis: *si bos habet alas, volat*, est propositio conditionalis: quia nimirum copula est verbalis est. Subnota secundò ex Consilio Virorum Doctissimorum Cardinal. Sfondrati nostri, & Caramuelis, ad

investigandam modalium oppositionem optimū modū esse, si illas ad simplices propositiones reducamus, vel modus convertatur in prædicatum. Sint ad rem exempla sequentia: *necessarium est hominem esse animal*: æquivaleret huic: *homo debet esse animal*: Et huic: *homo non potest non esse animal*. Hæc: *impossibile est, equum esse lapidum*, huic: *Equus non potest esse lapis*; & huic: *Equus debet non esse lapis*. Ista: *probabile est, hominem esse viridem*, huic: *homo potest esse viridis*. Sanè harum simplicium: in quas transivere modales: contrarias, contradictorias, subcontrarias, addito signo universali vel particulari, designare facillimum est: cum tamen hæc res, hucusque pluribus insuperabilis fuerit visa.

## QUÆSTIO III.

DE

### *Æquipollentia & Conversione propositionum.*

§. I.

#### *Quid sit Æquipollentia?*

37 **A**SSERTIO: Æquipollentia est duarum enuntiationum iisdem extremis constantium idem sensus propter æquivalentiam signorum. Ad conciliandam hanc æquipollentiam juvat vel maxime additio particulæ *non*, cujus variam applicationem pro varietate oppositionis no-

tus ille Dialecticorum Versiculus ostendit:

*Præ, contradic. Post, contra.*

*Præ postque subaltern.*

Hujus sequens solet esse interpretatio. Præfigendò alteri contradictoriarum particulam *non*, eam reddis æquipollentem suæ contradic-

riæ: in exemplo: *Omnis canis currit: aliquis canis non currit*: ut secundæ prima æquipolleat, ab initio primæ præpone particulam *non*, sic: *non omnis canis currit*, quod idem erit, ac, *aliquis canis non currit*: aut, ut secunda æquipolleat primæ, dic: *non aliquis canis non currit*, id est, *omnis canis currit*. *Præ ergo contradict:* denotat contradictorias.

38 Pro Contrariis serviunt sequentes duæ vocalæ: *Post contra*; id est, ut in contrariis *post* subjectum alterutrius propositionis ponatur particula *non*. In exemplo ut hanc: *Omnis stella lucet*, huic contrariæ: *nulla stella lucet*, parifices, *post* tò *stella* colloca particulam *non*, dicendo: *omnis stella non lucet*, id est, *nulla lucet*.

39 Pro Subalternis, in quibus saltem  
 Omnis - nullus non - non aliquis non.  
 Nullus - omnis non - non aliquis.  
 Aliquis - nonnullus - non omnis non.  
 Aliquis non - non omnis - non nullus non.

Ut ut autem tam vermiculus supra allegatus, quam signa æquipollentiæ mox exposita indiscriminatim à Summulistis sine scrupulis teneri legas: est tamen non nemo, qui sese opponat, & exceptionem prætendat.

41 Primò itaque Regula illa Versiculi: *Præ contradict:* fallit: quia est v. g. istæ propositiones, *omnis homo est albus: Aliquis homo non est albus*, sint indubitato contradictoria; istæ tamen: *non omnis homo est albus: aliquis homo non est albus*, nequaquam sibi æquipollent. Un-

intercedit oppositio aliqua in quantitate, sive in universalitate & particularitate, sunt intelligendæ ultimæ tres particulæ: *præ postque subaltern:* id est, in subalternis affirmativis (negativæ ob nimiam subsecuturam obscuritatem ægrè patiuntur æquipollentiam) debet tò *non* semel præ - semel *postponi*. In exemplo: ut hæc subalternans: *Omnis homo est doctus*, æquipolleat huic subalternatæ: *aliquis homo est doctus*; sic ordina: *Non omnis homo non est doctus*: vel ut secundam conformes primæ, dicito: *non aliquis homo non est doctus*. Pro subcontrariis: quia nulla extant signa æquipollentiæ, nulla quoque figurari potest æquipollentia.

De cætero pro signis æquipollentia comunitè venditant sequentia:

de non-omnis scit, quid significet, hæc vox: *non omnis*. Sciendum proinde, habere sensum istum: *aliquis sic, & aliquis non*, ita, ut complectatur utrumque subcontrarium, *aliquis, & aliquis non*; & priores hōc modò exponantur: *Non omnis homo est albus*, id est, *aliquis homo est albus, aliquis non est albus*; quem profectò sensum nunquam elicies ex hac altera: *aliquis homo non est albus*. Quomodo ergo æquipollent? Ponantur pro majori rei evidentia hæc exempla:

(E)

Non

Non omnes articuli fidei sunt falsi :

Non omnis actio Christi fuit mala.

Non omnis homo est equus.

Non omnis triangulus habet tantum duos.

Non omnes Angeli sunt corporei.

Omnes istæ propositiones, si tò non quipollent, dicent idem, quod se-  
omnis & aliquis non præcisè sibi æ- quentes copulativæ falsæ dicunt :

Aliquis articulus fidei est falsus.

Aliquis articulus fidei non est falsus.

Aliqua actio Christi fuit mala.

Aliqua actio Christi non fuit mala &c.

Et sic de reliquis.

Ergo hæ contradictoriæ : *omnis ar-  
ticulus fidei est falsus : omnis actio  
Christi fuit mala, omnis homo est  
equus, omnis triangulus habet tan-  
tum duos angulos, Omnes Angeli  
sunt corporei*, erunt verissimæ, quia  
particulares copulativæ, quòd ali-  
quis & aliquis non, aliqua & aliqua

non &c. ceu contradictoriæ sunt,  
falsissimæ, unde pro

Secundo infertur, signa æqui-  
pollentiæ, nisi deleatur æquipollen-  
tia inter non omnis & aliquis non,  
pertrahere in varia, ut ut passim ad-  
mittantur, absurda.

## §. II.

### Quid & quotuplex Conversio Propositionis.

41 **A**SSERTIO I. Conversio propo-  
sitionum nihil est aliud, quàm  
subjecti in prædicatum, & prædi-  
cati in subjectum, illæså veritate,  
commutatio : vel, ut alii definiunt,  
est unius propositionis ad alteram  
consequentia necessaria per extre-  
morum transpositionem. Proposi-  
tio, quæ convertitur, dicitur *con-  
versa* ; ea verò, in quam fit conver-  
sio, *convertens* : totum itaque con-  
versionis artificium consistit primò  
in eo, ut totum prædicatum mute-  
tur in subjectum, manente eadem  
affirmatione vel negatione, veritate

vel falsitate ; quàmvis subinde al-  
terationem patiatur quantitas. Se-  
cundò in eo, ut ad propositionis  
universalitatem vel particularita-  
tem, quoq; negativam vel affirma-  
tivam prolationem accuratè attenda-  
tur, & duo disticha mox subjicien-  
da pensulatè notentur.

42 **A**SSERT. II. Triplex est conversio  
propositionum ; alia simplex, alia  
per accidens, tertia per contraposi-  
tionem.

43 Explicatur : quia vel potest con-  
verti propositio, manente eadem  
quantitate & qualitate, per solam  
termi-

terminorum translocationē ; v. gr. *nulla planta est lapis* : hanc converto sic : *nullus lapis est planta* : vel etiam variatur quantitas , ut dum hanc : *Omnis homo est animal* , converto per istam : *aliquod animal est homo* : vel manente eadem quantitate & qualitate , termini finiti mutantur in infinitos & negativos. Ut si hanc , *omnis homo est animal* , converto per istam : *omne non animal est non homo* . Prima conversio dicitur *simplex* : secunda per accidens : tertia per contrapositionem . Hic jam subjiciuntur vulgares versus .

*Afferit A. negat E.*

Sed universaliter ambæ.

*Afferit I. negat O.*

Sed particulariter ambo.

*Feci simpliciter , convertitur Eva per accid.*

*Asto per contrap. sic fit conversio tota.*

In priori versiculo A. significato propositionem universalem affirmativam ; E. universalem negativam ; I. particularem affirmativam ; O. particularem negativam .

44 In II. disticho indicatur per voculam *FECI* , quod in omni materia E. & I. hoc est , universalis negativa , & particularis affirmativa , possint converti simpliciter : per voculam *Eva* , exprimitur , quod universalis negativa etiam sit convertibilis per accidens & non tantum simpliciter ; ad differentiam universalis affirmativæ , quæ quidem converti non potest simpliciter ,

sed per accidens , simulque per contrapositionem , uti & particularis negativa : quod subindicatur in vocula *Asto* .

Dubitari potest hic : an etiam particularis affirmativa universalim possit converti per contrapositionem ? Caramuel affirmativam tueri conatur in sua *Metalog. lib. 7. disp. 4. art. 4. & Log. vocal. a. 39.* ampliandò regulas conversionum , & mutando vocabulum . Asto in vocabulum *Actio* per *Contrap.*

Assertio III. In particulari affirmativa conversio per contrapositionem universaliter non procedit . Prob. sequenti exemplò ab instantia . Hæc propositio infinita : *aliquod animal est non homo* : aut hæc : *aliquod non homo est animal* , utraque est particularis affirmativa , velut ipse Caramuel concedere non veretur . Atqui prædictæ propositiones incògrue converterentur per contrapositionem . Ergo conversio ista in affirmativis particularibus universalim non procedit . Prob. min . Nam prima , *aliquod animal est non homo* , sic esset convertenda : *aliquod non non homo est non animal* . Sed quis non advertit sensum distortum : quandoquidem sequeretur , hominem non esse animal ? Cum enim duæ negationes faciant affirmationem , illa propositio convertens : *aliquod non non homo est non animal* , æquipolleret huic : *aliquis homo non est animal* . Similiter absurdè hanc , *aliquod non homo est animal* , converterem

terem in istam : *aliquid non animal est non homo* : nam idem sona-

ret, ac *aliquid non animal est homo*.

## §. III.

## Reflexio scrupulosa.

46 **S**crupulus I. circa æquipollentiam. Æquipollentia propositionum causaretur ex adjectione particulæ *non* ante copulam vel subiectum. Atqui hõc modò non causatur æquipollentia : Prob. min. Particula *non* præfixa copulæ vel subiecto propositionis, ex propositione affirmativa facit negativam. Ergo non causat æquipollentiam : non enim affirmativa & negativa sibi æquivalent.

47 Resp. Neg. min. ad Prob. Dist. conf. Ergo non causat æquipollentiam respectu propositionis tertiæ, cui propter affirmationem vel negationem opponitur. Conc. conf. respectu suæ propositionis, cui non opponitur, sed parificatur. Neg. Conf. & Conseq. Aliud non diximus, quàm quòd ex adjectione particulæ *non* aliquæ propositiones implicite omninò in eundem sensum conspirent, & ratione æquivalentiæ suæ æqualiter cum propositione opposita pugnent, ut patet in his æquipollentibus : *Omnis homo est bipes : nullus homo non est bipes, non aliquis homo non est bipes*, quæ æquipollentes æqualiter sunt oppositæ huic : *aliquis homo non est bipes*. Quare si hæc : *omnis homo est bipes*, opponatur illi particulari, *aliquis homo non est bipes* : pariter etiam op-

ponentur eidem prædictæ universali æquipollentes.

Scrupulus II. Circa conversio-48  
nẽ. Hæc conversio : *omnis leo est rugibilis : Ergo omne rugibile est leo*, à nemine in dubium vocari potest. Ergo fallit illa regula, *Feci, simpliciter, Eva per accid.* & secunda universalis affirmativa acquit converti simpliciter.

Resp. D. A. à nemine in dubium 49  
vocari posse, quòd non sit saltem materialiter bona. Conc. A. quasi etiam esset formaliter bona, sic N. A. & conseq. *Materialiter bona est illa conversio* : quia à definitione ad definitum valet illatio propter convertibilitatem terminorum, & identitatem materiæ, videlicet subiecti & prædicati : formaliter verò non bona, ex defectu formæ cum regulis non correspondentis : cum regulæ præscindant à materia, tradanturque universaliter : universaliter autem verum non est, licere in omni universali affirmativa conversionem simpliciter : aliàs in regulas non impingo, dicendò : *Omnis asinus est animal : ergo omne animal est asinus*.

Scrupulus III. Si conversionis 50  
natura est illa, quòd subiectum succedat in locum prædicati, & e contra ; valeret dicere : *Pater genuit fi-*

lium; ergo filius genuit Patrem: vel sic: Abraham genuit Isacum; ergo Isacus genuit Abrahamum. Consequens dici nequit. Ergo nec antecedens.

§1 Resp. D. seq. M. valeret sic dicere, si tam Recti mutentur, quam Obliqui. Conc. M. si soli Recti mutentur, & Obliqui non mutentur, Nego seq. M. & conseq. sicut in prædicabilitate & identitate, sic & in conversione non tam ad ea, quæ in Obliquo, quam quæ in Recto importantur, est facienda consideratio. Igitur propositio memorata posset sic converti: generans Isacum est Abrahamus: vel aliquid generatum ab Abrahamo est Isacus.

§2 Scrupulus IV. Quomodo est convertibilis ista: Puer erit senex. Nonne stando doctrinæ de mutatione prædicati in subjectum, illius convertens foret ista: Ergo senex erit puer: sed quis non nauseat sensum tam insulsum?

§3 Resp. negandò, fideliter agi in tali conversione. Videamus enim, qualis sit sensus conversæ hujus: puer erit senex: si pensculatiùs examinetur, erit iste, puer est, qui erit senex: unde propositio convertens debet esse talis: ergo, qui erit senex, puer est. Similiter hæc propositio, DEUS factus est homo, nõ debet converti sic: homo factus est DEUS, sed hoc modo: DEUS est, qui factus est homo: quia nempe oppositio conversa continebat hunc sensum: qui factus est homo. DEUS est. Un-

de providè notat Philosophia Salisburgensis tol. 28. Logices n. 41. quòd ad legitimam Conversionem requiratur primò, ut totum prædicatum mutetur in subjectum conversum. Secundò, ut servantur omnes proprietates terminorum, exceptâ suppositione, quæ provenit ex mutatione signorum. Tertiò ut propositiones, quæ in se alias involvunt, in illas ante conversionem explicentur. Et hinc istæ tres propositiones: Nullus Diaconus est Sacerdos: aliquis piscis est in lacu: aliquis mus rodit panem, non bene converterentur: nullus Sacerdos est Diaconus: aliquis lacus est in pisce: aliquis panis rodit murem. Rectius convertetur sequenti modo: nullus tantum Diaconus (cùm propositio sit implicitè exclusiva) est Sacerdos: ergo nullus Sacerdos est tantum Diaconus. Secunda hoc modo: ergo aliquod existens in lacu est piscis. Tertia sic: ergo aliquod rodens panem est mus.

Scrupulus V. Non apparet, quo modo hæc sit convertibilis: aliquis homo est mortuus: nisi forte convertens ista: ergo aliquod mortuum est homo, in auditu Dialectico sonorum echum redderet. Sed quis propositionem tam dissonam sustineat?

Resp. In illa convertente mutari statum, & corrigi per istam: ergo aliquod est mortuum, quod fuit homo.

De Propositionibus Modalibus: hoc solum pro epiphonemate sub-

necto, non omnes posse utiliter converti : quod primò intelligendum est de propositione modali de impossibili, nisi adsit mutua extremorum repugnantia. Ideò non valet : omne animal esse hominem est impossibile : ergo aliquem hominem esse animal, est impossibile. Secundò intelligendum est de modali, de *necesse est*, nisi interveniat mutua & necessaria extremorum connexio. Ideò non valet : aliquem Doctorem esse hominem, *est necesse*; ergo aliquem hominem esse Docto-

rem *est necesse*. Tertiò in modali de contingenti non licet conversio, nisi adsit mutua contingentia. Qui mira & curiosa cupit de conversione modalium, legat Illustriss. Caramuelem in suo Hercule Logico, ubi inter alios longo ordine citat nostrum P. Albertum Keuslin Otoburanum, Salisburgensem Philosoph. & Theol. Professore, Rectorem Magnificum secundum, postea Abbatem postulatam ad S. Petrum &c.



## DISSERTATIO III.

COMPLECTENS

### ARGUMENTATIONEM ET ARTIFICIUM SYLLOGISTICUM.

**M**ultus & admirabilis est in hac materia explicanda Ingeniosissimus Caramuel, verè Dialecticorum magna lux. Nos in quaestione I. ordinaria cum quibusdam extraordinariis circa syllogismos afferemus : in II. de Expositorio & Sophistico agemus : in III. coronidem imponemus.

## QUAESTIO I.

DE

*Quid, & qualis sit argumentatio Syllogistica.*

§. I.

De Argumentatione in genere & ejus speciebus.

**A**SSERTIO I. Argumentatio, quæ constituit tertium modum sciendi, est oratio constans pluribus propositionibus, in qua unum inferitur ex alio. Quò tres veluti partes concurrunt, una dicitur *antecedens*, estque illa propositio, ex qua alia inferitur, nempe *consequens*, tanquam altera pars: Et nota quædam illativa, *Ergo, igitur, consequenter*, quæ indicat connexionem inter antecedens & consequens, & ideo unum esse, quia alterum est, ut si dicam: *Petrus est homo, ergo est animal*; vel, *Bucephalus currit, ergo movetur*. Unde argumentatio nomen suum trahit ab argumento seu *medio*, quò id, quod dubium erat, per id quod dubium non est, confirmatur, & ex quæstione fit conclusio. Nam illæ propositiones, in quibus coheræntia prædicati cum subjecto ad oculum patet, magis ad habitum principiorum pertinent, quàm quòd ad argumentationem deserviant, v. g. hæc: *omne totum est majus sua parte*: non item illæ, in quibus præfata coheræntia non est tam plana atque aperta, & quas vulgò theses, quæstiones, aut problemata appellamus. Frequenter tamen argumentatio est solum *materialiter*, non etiam *formaliter* bona: quando nimirum verum sequitur ex sola connexionione materiæ & propositionum,

quamvis spectatâ formâ & terminorum dispositione falsum exinde inferri posset: *formaliter* bona est, quæ tenet ratione formæ legitimæ, quat. ex antecedente semel admissio ut vero, vel ex præmissis concessis, nunquam inferri potest consequens falsum. Quòd si & materia sit coherens, & forma artificiosa simul correspondens, argumentatio tam *materialiter* quàm *formaliter* bona est. Exemplum syllogismi præcisè materialiter boni:

Aliquod animal est risibile.

Omnis homo est animal:

Ergo omnis homo est risibilis.

Omnes propositiones correspondent objecto, adedque ratione materiæ sunt veræ: quia tamen medius terminus, videlicet *animal*, nunquam distribuitur, vi formæ nihil sequitur, & potest concessis præmissis negari consequentia. Pono etiam exemplum syllogismi præcisè formaliter, & vi formæ boni:

Omnis Virtus est vitium,

Omnis justitia est virtus.

Ergo omnis justitia est vitium.

Hic duæ propositiones materialiter & quantum ad connexionem prædicati cum subjecto, sunt falsæ, major scilicet & Conclusio, & tamen vi formæ syllogisticae consequentia est legitima, foretque semel concessis præmissis, inevitabiliter concedenda.

Asser-

2 *Affertio II.* Ex his sequitur, *consequens & consequentiam* inter se differre ut plurimum. *Consequens* est propositio subijuncta alicui præcedenti propositioni, habens se præcisivè & indifferenter quoad connexionem cum antecedente, vel non connexionem: *consequentia* verò consistit in ipsa connexionem formaliter & virtute illativa, quâ ipsum consequens inferitur ex antecedente, aut certè in propositione ut deductâ. Et hinc more majorum receptum novimus, solam propositionem eam, quæ dicitur consequens distingui, quat. fortè obnoxia est diversis circumstantiis aut in sensu vario exponibilis, non verò distingui in Disputatione ipsam consequentiam, utpotè quæ semper aut vera est, aut falsa; sed distinctò consequente vel concedi vel negari. Videatur mea Dial. Contr. Parte III.

3 *Affertio III.* Argumentatio non in solo syllogismo concentricatur aut concludiatur, sed in plures diffunditur species puta in Enthymema, Dilemma, soritem Exemplum, & Inductionem.

4 *Ehntymema* (aliàs syllogismus truncatus, aut imperfectus) est Oratio, in qua non positis omnibus præmissis festinata inferitur Conclusio. Ut si dicam: *Vera Ecclesia Catholica promissa est spiritus sancti assistentia. Ergo non potest fallere.*

5 *Dilemma* (aliàs argumentatio cornuta, sive Bicornis) est Oratio quâ duabus contradictoriis proposi-

tionibus insistentes adversarium obligamus ad affirmandum alterutrum. Potest autem non unò modò argumentatio ista figurari. Primò enim possumus arguere à negatione unius membri ad alterius positionem. Secundò à positione ad negationem. Tertiò à negatione omnium membrorum dividendum ad negationem divisi. Exemplis id illustrat Philosoph. radicalis. Eulect. Primum. Petrus est animal. Ergo vel rationale vel irrationale. At non est animal irrationale. Ergo est rationale. Secundum. Paulus est Romanus; Ergo vel Ordinis Senatorii vel Equestris vel plebei &c. At est plebejus. Ergo non est senatorii vel equestris. Tertium ex quodam Doctore: Ecclesia Rom. à qua Lutherus accepit S. Scripturam (nec enim ea cum Luthero nata est aut aliunde advecta) vel fuit tum vera vel falsa Ecclesia? si dicas, fuisse veram, Ergo malè eam deseruit Lutherus. Si dicas, tunc jam fuisse falsam, & corruptam, unde nobis constat Lutherum cum suis habere veram scripturam? cum accepit illam à falsa Ecclesia &c.

*Soritem* Caram. vocat syllogismum plusquam perfectum, in quo continentur plures minores; assignatque ex Schola Platonica sequentia modorum nomina, pro conformanda sorite inventa: *Bamada: Camene, Dimagni, Fesapor*; inspiciantur duo exempla:

Quæst. I. Quid, & Qualis sit Argumentatio syllogist. 41

Ba Omnis homo est sensibilis :  
 ma Omne sensibile est animal :  
 a Omne animal est vegetativum :  
 a Omne vegetativum est corpus :  
 a Omne corpus est substantia :  
 da Ergo omnis homo est substantia.

Ca Omnis nix est alba :  
 a Omne album est coloratum :  
 a Omne coloratum est sensibile :  
 a Omne sensibile est quale :  
 me Nullum quale caret accidenti :  
 ne Ergo nulla nix caret accidenti.

Di Petrus est Theologus.  
 ma Omnis Theologus est Philosophus.  
 a Omnis Philosophus est Dialecticus.  
 ag Omnis Dialecticus scit argumentari.  
 ni Ergo Petrus scit argumentari.

Fef Nullus equus est pyrus.  
 a Omnis pyrus est arbor.  
 a Omnis arbor est vegetativa.  
 a Omne vegetativum est corpus.  
 ap Omne corpus est substantia.  
 or Ergo aliqua substantia non est equus.

Hunc compendiosissimum argu-  
 meatandi modum, ait cit. Author,  
 facile reduci ad syllogismos perfe-  
 ctos, suamque assertionem de no-  
 vo exemplificat.

6 *Inductio est oratio vel argumen-  
 tatio, in qua à particularibus suf-  
 ficienter enumeratis universale infer-  
 fertur; aut econtrà ex universali sin-  
 gularia aut particularia v. g. hoc  
 modò: Hic paries est albus, & hic  
 paries est albus, & ille paries est ab-*

*bus. Ergo omnis paries est albus &  
 Vel istò modò. Omnis paries est  
 albus Ergo & paries A est albus;  
 & paries B est albus.*

*Exemplum est oratio vel argu-  
 mentatio, in qua ex uno singulari  
 infertur aliud singulare ratione cui  
 jusdam similitudinis inter singularia  
 repertæ: ut, DEUS superbiam Luci-  
 feri prostravit. Ergo similiter iu-  
 perbiâ hujus vel illius hominis pro-  
 sternet. Debet autè similitudo fun-  
 dar-*

dari in eo, ex quo tanquam ex vera causa consequitur effectus in consequentia illa. Non enim bene infero: Judas Apostolus apostata vit in traditorem Christi. Ergo etiam Petrus Apostolus apostata vit

in traditorem Christi: Neque enim Apostolatus extitit causa traditionis. Nunc ut veniamus ad principalem Argumentationis speciem, nempe ad syllogismum, ponitur.

## §. II.

## De Syllogismi Natura, Principiis, Varietate &amp;c.

8 **A**ssertio I. Syllogismus est Oratio, in qua quibusdam positivis, aliud quippiam ab his, quæ posita sunt, necessario accidit, eò quòd hæc sint. Explicatur; dicitur primò Oratio; non quòd Syllogismus sit unica propositio; sed unitas orationis desumitur ab unitate mediæ, quo ununtur extrema in præmissis, & ratione cujus causatur conclusio; item ab unitate formæ, scilicet dispositionis terminorum: denique ab unitate finis: cum ambæ præmissæ ordinentur ad unicam conclusionem. Dicitur secundò quibusdam positivis &c. quibus verbis innuitur, quòd concessis semel præmissis saltem necessitate consequentiæ (si non etiam consequentis) intellectus necessiter ad inferendam conclusionem, & concedendam. Potest syllogismus clarius decircinari hòc modò: Est artefactum logicum, constans tribus propositionibus, & tribus terminis; postulansque, ut duabus concessis tertia necessario admittatur.

9 Assertio II. Materia syllogismi est gemina: Remota & proxima: Pro-

xima sunt tres Propositiones, Major sive prior, Minor sive posterior, & conclusio. Remota 3. sunt termini, quorum primus dicitur majus extremum, secundus minus extremum tertius terminus medius.

His tribus terminis tres significantur res, quæ insunt discursui, in quo nempe aliquid incertum de aliquo quaeritur, & per aliquod tertium ceu per lumen quoddam clarificatur, probatur, & apprehenditur. Aliquando autem id, quod volumus concludere in ultima propositione quaesita, affirmatur, aliquando negatur. Ut affirmativa sit omnimodè vera, debet in medio utrumque extremum convenire; ut verò negativa sit vera, debet medium uni tantum extremo convenire, alteri disconvenire, & consequenter unum extremum ab altero in tertio distingui.

Assertio III. Principia directiva extrinseca syllogismorum sunt dictum de omni, dictum de nullo. Ratio: Quia ipsum lumen rationis nostræ dicat, illud, quod dicitur universaliter ac distributivè de  
omni

omni, non potest negari de aliquo particulari: & illud, quod negatur universaliter ac distributivè de omni, non posse affirmari de aliquo particulari: alioquin admittenda essent duæ contradictoriæ: *Omnis homo discurrit, aliquis homo non discurrit. Nullus homo discurrit, aliquis homo discurrit.* De his principiis, quæcunque sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, & quæ distinguuntur in uno tertio, distinguuntur inter se, contravertunt aliqui, an sint syllogismorū regulativa. In divinis profectò absque limitatione non procedunt, sicut in creatis. Interim tamen accommodo communiori receptioni.

II Assertio IV. Notabilis est divisio in syllogismū Demonstrativum, Probabilem, & sophisticum. Primus constat præmissis necessariis, & generat scientiam: secundus probabilibus, hoc est inclinantibus quidem intellectum non tamen cogentibus ad assensum conclusionis: & idè generat opinionem duntaxat. Tertius constat præmissis ad speciem veris aut probabilibus, re-

verà tamen fallacibus. De quo suo locò. Interim aurem vellico, quòd Demonstrativus à Probabili sive Topico quoad solam materiam differat, & ambo quoad regulas & formam conveniant. Huic divisioni succedit alia syllogismi in Categoriū sive simplicem, quī componitur ex tribus propositionibus simplicibus: & in Compositum, qui constat unâ vel pluribus propositionibus compositis. Compositus vel est *hypotheticus*, sive conditionalis, vel disjunctivus: ut si dicam: si Petrus currit, se movet ab intrinseco. Sed Petrus currit. Ergo se movet &c. Omne ens vel est vivens vel est non vivens. Sed lapis est ens. Ergo vel est vivens vel est non vivens. Regulæ tamen syllogisticæ jario procedunt de syllogismo categorico; de aliis verò v. g. hypothetico procedunt eat. quatenus resolvi possunt in simplices; adeòq; etiam reductivè comprehenduntur sub definitione syllogismi. Quantum ad syllogismum Expositorium, cujus medium est singulare, infra aliquid dicemus.

§. III.

*De Forma, seu Figura Galeno - Platonica, ejusque Modis.*

12 **F**iguram Aristotelicam esse triplicem, secundum trinam terminum mediū cum extremis combinationem, in §. antecedente, paucis delineatum reminiscer. Quæ nā aut è sit forma, vel ut alii dicunt, figura

Galeno - Platonica, non diximus.

Assertio: Illa figura dicitur Platonica (ab Authore) Galenica (ab Usurpatore) quæ terminum medium in majori prædicat, in Minore subjicit & extremi-

## 44 Pars Unica Differt III, complectens Argum. &c.

tates in conclusione copulat. Modi autem, in quibus currit praxis dictæ figuræ, sunt 4. directi, in quibus nempe majus extremum concluditur sive prædicatur de mi-

nori extremo: Et duo indirecti, in quibus minus extremum concluditur sive prædicatur de majori extremo his versibus comprehensi,

*Bammada, Camene, Dimagni Figmento, nec non  
Pone indirectos. Fesapor atque Fesifer.*

Inspiciamus nonnulla exempla:

### Modi Directi

Ba Omnis arbor est vegetativa.  
ma Omne vegetativum est substantia  
da Ergo omnis arbor est substantia

Ca Omnis Aquila est animal,  
me Nullum animal est arbor,  
ne Ergo nulla aquila est arbor.

### Modi indirecti

Fe Nulla vulpes est lupus.  
sâ Omnis lupus est substantia.  
por. Ergo aliqua substantia non est Vulpes.

Fe Nullus equus est asinus,  
fis Aliquis asinus est substantia  
or. Ergo aliqua substantia non est equus.

Non ignoro, complures, qui hoc genus Modorum in figura Platónico - Galenica nunquã audire, illud tanquam novitatis extrema esse rejecturos. Sed eam ego novitatem non dixero, quam non solum domesticò usu Scholæ Platonicæ Antiquitas, sed etiam naturalis luminis semper approbavit æquitas. Certè, qui hanc syllogizandi connaturalem formam contemnit, quomodò vitium aliquod deprehenderit, aut concessis præmissis, con-

sequentiam justè negare possit, onus probandi sibi incumbere noverit. Quidquid sit de modis 2. Indirectis, saltem 4. Directi adeò connaturales sunt, ut illi ipsi, qui modos istos negligere satagunt, iisdemet (licet inadvertenter) utantur. In Exemplum cito Ariagam, qui figuram Galenico - Platonicam rejicit, & tamen Disput. 16. Log. sect. 8. n. 66. syllogismum sequentem conficit, ac pro Demonstratione vendit:

Omnis homo est animal rationale.  
 Omne animal rationale est admirativum.  
 Ergo omnis homo est admirativus.

Citatur etiam P. Ovid. controv. 19. sequentem tamen syllogismum Galenicum composuit, ac pro perfecto agmemoratum figuram spernit, & novit.

Omnis pars motus existentis ab æterno  
 Habet aliquid prius existens,  
 Videl. aliam partem: sed  
 Omne quod habet aliquid prius existens, est in tempore. Ergo  
 Omnis pars motus existentis  
 Ab æterno est in tempore.

Hæc circa syllogismum Platonico-Galenicum, quem etiam appellant Formalem sive naturalem, hic sufficiant. An autem figura, in qua formatur, distincta sit ab Aristotela prima, in mea Dialectica, controv. parte III. ventilatur. Lubeat Lectori ibidem indagare.

§. IV.

De Modis Aristotelicis Ordinariis.

14 **A**ssertio I. Modi communiter ferè recepti Aristotelici sunt sequentes ty:

Pro 1. figura Arist.  
 Modi Directi.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio  
 Modi indirecti

Baralypton: Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisclomorum.  
 Pro 2. figura.

Cesare, Camestres, Festino, Barrocco  
 Pro 3. figura.

Darapti: Felapton, Disamis, Datisi, boccardo, Ferison.

In his versiculis ad solas vocales A. E. I. O. attendendum moneo: cum reliquæ syllabæ metri integrandi, aut noscendæ convertibilitatis gratiã duntaxat fuerint adjectæ. Et ut vocalium significationem intelligas, num conversione insinuati: *asserit A. negat E. &c.*

Assert. II. Loquendò de rigore, 15  
*Baralip, Celantes, Dabitis non sunt vocandi Modi Indirecti, sed sunt vel expungèdi, vel dicendi submodi. Hæc assertio pugnat contra*  
 (F 3) com-

comuniorem sententiã, eam tamen post Caramuelem inuenio Approbatam apud Nominatiss. Sumulistam, Eximium P. Korbinianum Kam Augustæ apud SS. Udalricum & Afram Professum, nec non apud *Philagrium* le Roy socium Sorbini-cum in sua Philosophia radicali, quò fatente & allegante etiam noster R. P. Rhoër Doctor & Professor Sa-lisburgens. jam annò 1620. in suis exercitiis Philosophicis num. 17. hujus sententiæ veritatem observa-vit, & ego ipse oculari inspectione deprehendi.

16 Assertionem controu. Diale-ctic. fusiùs dilucido, & hic rati-onem succinctissimè adumbro. Est autem ista. Novus modus exigit di-versas præmissas, sed præmissæ Baralip. coincidunt cum præmissis in Barbara, præmissæ in Celantes cum præmissis in celarent, præmissæ

in Dabitis cum præmissis in Darii. Ergo non sunt novi Modi. Nec re-fert, quòd conclusio sit indirecta: Nam juxta exigentiã conaturalem præmissarum deberet sequi directa sique convertatur, evadet directa, & erit contenta, tanquàm particu-laris sub universali; nempe in Bar-bara, & celarent.

Affert. III. Pro Modis Indire-ctis secundæ figuræ rectè statuuntur Primelor, & Domaccor: pro ter-tia figura Fapelmor, Dacocor & Filmeror: Quibus si addas ex figu-ra Platonica, Fesapor, & fesiflor; & ex figura prima Aristotelica Ferio ac Friefon, habebimus per-totum 9. Modos indirectos, & in-dicantur illis vocabulis, quæ desi-nant in R. ut *Dacocor*, Directi au-tem, si 4. Platonicos non excipia-mus, remanent 16. Utraque species comparet sub his versiculis:

Forma Platonica.

Bammada, Camene, Diamagni, Figmeno; nec non  
Pone indirectos, Fesmapor, atque Fesiflor.

Figura 1. Arist.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, hisque reflexos  
Addere debebis: Fapelmor atque Feselmor.

Figura 2. Arist.

Cesare, Festino, Dacoro; aut barocco  
Atque indirecti Fesmaesor, Camestres: atque Domacor.

Figura 3. Arist.

Tertia subsequitur Datissi, cui junge Darapti,  
Fesapton, Disamis, Docamo aut Boccardo, Fesifon,  
Fapelmor refluat, Filmeror atque Dacoro.

Rationem si petas, quã Modi Indi-recti tertie & secundæ figuræ soli-de legitimeantur, aliam non acci-

pies, quã hanc: Ideò Fapelmo & Friefon pro veris modis (licet indirectis) impunè recipiuntur &

## Quid & qualis sit Argumentatio syllogist. &c. 47

prudenter servantur, quia syllogismi, quamcunque habeant materiam, confecti in præfactis modis, tales prædeunt, in quibus ex præmissis veris non potest inferri conclusio falsa. Atqui etiam in Modis in-

directis secundæ & tertiæ figuræ hoc eodem clypeo munimur. Ergo quamvis videamur hic à multis dissentire, non est, quod nobis imputetur. M. nemo negabit. Min. demonstrant exempla subiecta.

In figura secunda Modus indirectus, in qua medium bis prædicatur.

- Fri- Aliqua arbor est Cypressus  
 me- Nulla pyrus est Cypressus.  
 for. Ergo aliqua arbor non est pyrus. |  
 Do- Aliquod animal non est homo.  
 mac- omne rationale est homo.  
 cor. Ergo aliquod animal non est rationale.

In 3. figura Modi indirect. in qua medium bis subijcitur.

- Fa- Omne rationale est animal.  
 pel- Nullum rationale est ursus.  
 mor. Ergo aliquod animal non est ursus.  
 Da- Omne risibile est animal,  
 coc- Aliquod risibile non est simius.  
 cor. Ergo aliquod animal non est simius.  
 Fis- Aliquis homo est animal.  
 me- Nullus homo est elephas.  
 ror. Ergo aliquod animal non est elephas.

Cæterùm in qualibet figura syllogistici Modi variari possunt decies sexies, spectando nimirum quantitatem & qualitatem, manente eadem positione termini Medii. Ad quod facilius capiendum notentur subsequentes combinationes

Aa, Ae, Ai, Ao,  
 Ea, Ee, Ei, Eo,  
 Ia, Ie, Il, Io,  
 Oa, Oe, Oi, Oo,

Quia tamen ex meris particularibus, aut duabus negativis in communi Dialectica bona non ducitur consequentia, hinc complures mo-

di ex 64. possibilibus combinationibus reputantur inutiles, & vocantur modi innominati. En nova Exempla.

§. V.

*Exempla quaedam Communium Syllogismorum.*

16 **P**ro exuberantia doctrinae syllogisticae formae ex singulis figuris non-  
nulla exempla.

Figura prima.

Barbara

Omnis flos est vivens :

Omne lilium est flos. Ergo

Omne lilium est vivens.

Celarent.

Nulla planta est sensitiva.

Omnis Rosa est planta, ergo

Nulla Rosa est sensitiva.

Ferio.

Nullum album est nigrum.

Aliquis homo est albus. Ergo

Aliquis homo non est niger.

In figura secunda.

Camestres.

Omne volatile est vivens :

Nullus ventus est vivens. Ergo

Nullus ventus est volatile.

Festino.

Nullum brutum est rationale.

Aliquod animal est rationale

Ergo aliquod animal est brutum

In tertia figura.

Felapton.

Nullus corvus est albus.

Omnis corvus est avis. Ergo

Aliqua avis non est alba.

Datifi.

Omne animal est substantia.

Aliquod animal est aquatile.

Ergo aliquod aquatile est substantia.



§. VI.

*Leges Figurarum, & Modorum.*

- 17 **L**ex prima: Medium debet semel distribui in omni figura, id est, accipi in suppositione distributiva: Et requiruntur solum tres principales termini.
- 18 Lex secunda: Nullus terminus distribuendus est in conclusione non distributus in præmissis.
- 19 Lex tertia: Medius terminus sub ratione Medii non debet ingredi conclusionem.
- 20 Lex quarta: In prima *Nec minor esto negans, nec Major particularis.*
- 21 Lex quinta: in secunda figura, una negans præeat, nec major sit specialis.

Lex sexta: in tertia figura: *si 22 minor affirmans, conclusio sit specialis.*

Lex septima ex meris negativis 23 nihil sequitur. Hæc tamen regula Carameli videtur suspecta: de qua fortè alibi in Theſibus Menſtruis.

Lex octava: ex meris particularibus 24 etiam nihil sequitur.

Lex nona: Conclusio debet sequi 25 debiliorem partem, id est, si una ex præmissis sit particularis vel negativa, talis quoque inferatur conclusio. Hæc sunt leges primariæ & ordinariæ.

QUÆSTIO II.

DE

*Syllogismo Expositorio, & de Sophistico.*

§. I.

*De Expositorio.*

- 26 **A**ſertio I. Syllogismus Expositorius est ille, qui promittit Socrates est Philosophus. Hic homo est Socrates. Ergo hic homo est Philosophus.

diſio habet terminum ſingularem: talis est ille:

Dicitur autem Expositorius, quia adeò perspicuus est, ut rem ob oculos ponere videatur: cum singularia sensibus sint exposita, aliter utique, quàm universalia. Regulatur & hic syllogismus per dictamina

illa: *dici de omni, & dici de nullo.* Quare P. Heimbach cenſet cum Soto, ſervandas eſſe 4. Leges aliorum ſyllogiſmorum, qui conſtant medio communi. Unde primò Medius terminus debet eſſe extremum

totale, ac in una permissarum posse distribui per has particulas *omne quod est, quidquid est &c. nihil quod est*: v. g. *Omne quod est Socrates est Philosophus*. Secundò. Medium sub ratione Medii non intret conclusionem. Tertio. Medium & totum id, quod se tenet ex parte prædicati in Majore jungatur in minore cum minore extremitate). Quartò. Ut extremitates eodem modo se habeant in præmissis, & in Conclusionem. Caramuel statuit pro principio inconcusso, syllogismū Expositorium nõ esse securū aut doctrinalē, nisi ad syllogismū univer-

Dig- Pater est hæc Deitas.

mag- Quidquid est hæc Deitas est filius.

ni. Ergo Pater est filius.

Ergo filius est Pater.

Forma est legitima, ait: at quia minor est falsa, nihil necessariò concludit. Minorem esse falsam,

Pater non est filius.

Filius est hæc Deitas.

Ergo hæc Deitas non est Pater.

Ergo Pater non est hæc Deitas:

Hunc rejicit, quia in reductione delinquit. Nam cum prima negans sit & forma sit Platonica, non

Quidquid est Pater non est filius.

Quidquid est filius est hæc Deitas.

Vel: aliquid, quod est filius, est hæc Deitas.

Ergo hæc Deitas non est Pater.

Ergo Pater non est hæc Deitas.

Admittit iterum, formam esse legitimam: at majorem inculcat ut falsam, utpote cujus contradictoria: aliquid quod est Pater (nem-

salem vel mixtum reduci valeat, quâ reductione factâ, probè inquirendum, an non in una vel altera præmissarum contineatur falsitas. Duos ex cit. Doctore transfero expositorios: sit iste primus in Divinis

Pater est hæc Deitas.

Hæc Deitas est filius.

Ergo Pater est filius.

Ergo filius est Pater.

Forma est Platonica: & quia omnes propositiones sunt affirmativæ, & consequentia non universalis, reductionem facit ad *dimagni* hõc modò:

demonstrat: quia aliquid quod est Deitas (videlicet spiritus Sanctus) non est filius. Sit secundus:

potest aliò, quàm ad Fesapor aut felifor reduci: sic:

pe Divinitas) est filius. Hæc secundum principia Caramuelistica: quid alii sentiant, discutere tempus vetat. Sunt qui Syllogismum Expositio-

torum omninò silentiò involvant : quidam liberali, alii frugali manu exponunt. Illud non diffimulandum, quòd possit constitui in omnibus figuris Aristotelicis, at quam

appositissimè in tertiâ. Cavendum tamen, ne minor sit negativa: Erras enim, si hòc modò construas. *Petrus est homo. Petrus non est Paulus. Ergo Paulus non est homo.*

§. II.

De Syllogismo Sophistico.

27 **A** Sfertio : Syllogismus Sophisticus, paralogicus, litigiosus, sive deceptorius est ille, qui habet præmissas tantum appareater probabiles, vel consequentiam tantum appareater probabilem, vel utrumque. Sophisma autem sive fallacia potest primò oriri ex non servata forma, consistente in Modo utili ac figura. Secundò. Ex vocibus malè usurpatis. Tertiò Ex rebus diversimodè acceptis : sive ex fallacia dictionis, aut fallacia extra dictionem. Descendo ad particularia, & unum atque alterum vitium Syllogisticum breviter expendo in Syllogismis Categoriis.

28 Fallacia I. Esse, si Syllogismus constet pluribus, quam tribus terminis : toties autem constat pluribus, quoties aliquis terminus æquivocatur, restringitur, ampliatur, aut suppositio mutatur. Quòd pertinent isti syllogismi : *animal non est species. Sed homo est animal. Ergo homo non est species.* Omnes Apostoli sunt 12. sed Petrus & Paulus sunt Apostoli. Ergo sunt duodecim.

29 Fallacia II. Quando Medium nunquam distribuitur. E.g. Om-

*nis homo est animal. Atqui omne brutum est animal. Ergo omne brutum est homo.* Altera contradictoriarum est vera : atqui, homo est lapis, est altera contradictoriarum. Ergo est vera.

Fallacia III. Quando terminus in præmissis non distributus distribuitur in Conclusionem. E.g. *Omnis homo est vivens. Nullus equus est homo. Ergo nullus equus est vivens.* Atque hic est ille ternarius, ex sexcentis Syllogismis vitiosis facilè integrans.

Fallacia IV. Est *meta falsi*, id est, quando falsitas est aperta, vitium verò abstrusum : e.g. *Quidquid non amisisti, adhuc habes. Cornua non amisisti. Ergo cornua adhuc habes.* Hic dolus involvitur in *ly quidquid*, quia sensus deberet esse, *quidquid ex antea habitis & bonis propriis non amisisti, illud habes.* In minori propositione sit mentio de aliquo, quòd nobis non est in potestate, vel à Natura &c.

Fallacia V. Est, quando variatur sensus : e.g. *Duo & tria sunt numerus par & impar : quinque sunt duo & tria. Ergo quinque sunt nu-*

merus par & impar. Nam quinque si formaliter sumantur, sunt quinarius, nec sunt duo & tria, sed unus numerus impar. Unde variatio & æquivocatio est quoad sensum, quandoquidem vox quinque in minori sumitur, *materialiter*, & in conclusione *formaliter*.

- 33 Fallacia VI. Et *accidentis*, quando aliquid subjecto tribuitur secundum se, quod illi convenit solum ratione accidentis, vel accidentaliter, aut etiam ratione status intentionalis: sic animali non secundum se, sed tantum ut præciso per intellectum convenit ratio generis, atque aded (quamvis à parte rei animal essentialiter conveniat homini) prædicatum generis homini non comunicat. Unde paralogismus est hic syllogismus: *Animal est genus. Homo est animal. Ergo homo est genus.* Et hic: *Quod ego sum, tu non es. Ego sum homo. Ergo tu*

*non es homo.* In majori accipio sensum individualem: in minori transeo ad speciem humanam. Hic quoque: Carnem quam emisti, comedisti. Sed crudam emisti. Ergo crudam comedisti. Fit progressus à sensu simpliciter tali in majori ad sensum qualificatum in minori, nempe ad accidentia cruditatis. Unde M. deberet sonare: *Carnem qualemcumque emisti, comedisti, & tunc neganda foret.*

Fallacia VII. Est figura dictionis, 34 quando arguimus à particularibus determinatis ad universale indeterminatè. E. g. Die festivo nec ad primum, nec ad secundum, nec ad ultimum sacrum audiendum obligor. Ergo ad nullum. Quæ ratio est similis huic: nec calamus A est necessarius ad scribendum, nec calamus B, nec calamus C. Ergo nullus.

## §. III.

## Referens aliquos Paralogismos.

- 35 **N**on sunt paralogismi addiscendi, ut decipiant; sed ut deceptionibus obvietur. Aliquos in Caramuele notatos subjicio ex Metalogica.
- 36 Paralogismus I. *An nosti Patrem tuum? Novi. An hunc, qui later, nosti? Non novi. Atqui iste, qui later, est pater tuus. Ergo cognoscis & non cognoscis Patrem tuum.* Ecce iste syllogismus prima

Metaphysicæ principia arietat: nam si bene concludit, corrumpunt illa duo: *Impossibile est, idem esse & non esse; & : necesse est, quodlibet esse vel non esse.* Omisâ Responzione Sten-gelii.

Resp. Cum Caramuele: distinguendò & dicendò me Patrem novisse quoad substantiam, at multas ipsius passiones & accidentia ignorare. Fortè enim, cum multis an-

nis abesset, cujus modò sit figuræ aut coloris, nescio. Nescio, an sit domi, vel extra: an sedeat vel stet: quales vestes habeat aut non habeat &c. Distinguo ergo: Cognosco Patrem meum quoad substantiam, Concedo: quoad hanc circumstantiam & accidens (hoc est, an ille sit, qui latet, vel non latet) ignoro. Præterea hunc syllogismum: *Hic latentem non nôsti. At pater tuus est hic latens. Ergo Patrem tuum non nôsti*: distinguo: hic latentem, si sit pater meus, novi: si non sit, dubito an illum noverim, vel non noverim: & postea concedo min. & tandem vel distinguo consequens, vel nego Consequentiam.

38 Paralogismus II. *Scis, omnem numerum binarium esse parem? Scio. An numerum nummorum, quem manu meâ conclusum gero parem esse scis? Nescio. Sed is ipse numerus, quem manu clausum geris, est binarius. Ergo nescis esse parem aliquem binarium. Atqui sciebas, omnem binarium esse parem. Ergo scis, duas contradictorias esse simul veras.*

39 Respondeo, omnem numerum binarium esse parem, me scire hoc cognitione universali & particulari: nullum enim in particulari numerum esse binarium scio, quem parem nesciam. Dum subrogas: *an sciam, numerum, quem manu comprehendis, esse parem?* Respondeo, me non scire, quotus sit:

ubi hoc didicero, dicturum, an sit impar vel par: si enim sit binarius, quaternarius, senarius &c. erit par: impar, si ternarius, quinquarius, septenarius &c. Subsumes: at iste numerus binarius est; esto: quid inde? Et inferes: Ergo nescis, esse parem aliquem binarium. Et ego nego consequentiam. Fateor enim, me utrumque nescire; videlicet, an sit binarius? Et consequenter, an sit numerus par? At me scire illum numerum esse binarium, & tamen nescire, esse parem, diffiteor. Multa alia id genus, ait Caram. Possunt & solent conformari sophismata, quæ eodem sunt modò dissolvenda.

Paralogismus III. Qui vocatur 40 *non & hoc*. Dicit Sophista: *Non & hoc & illud. Hoc autem est. Non illud igitur*. In his, teste Caram. graves solent reperiri fallaciæ; nam sæpè negatione se illidunt, & hominem in errorem trahunt: consideremus sequentes paralogismos. *Aut es canis aut Leo. At non es leo. Ergo canis*. Item: *Tu non & corvus & milvus. Non es autem corvus. Ergo milvus*. Item: *Tu vel non es rationalis, vel non es irrationalis. Atqui non es irrationalis. Ergo non es rationalis*.

Resp. Caram. quòd primus laboret materiâ: quoniam major est falsa: non enim enumerantur omnes animalium species; cum præter canem & Leonem detur homo, & millenæ animantes aliæ: Secundus 41

54 Pars Unica. Dissert. III. Complectens Argum.

laborat etiam majore: non enim debet illa esse copulativa, sed disjunctiva. Tertius laborat minore: deberet enim binas habere negationes, & unam habet. Eundem igitur Caram. corrigit, & ad terminos sequentes reducit: *Tu vel non es rationalis vel non es irrationalis. Atqui non es non rationalis. Ergo non es irrationalis.* Qui potest in istos transire: *Tu vel es irrationalis vel rationalis. Atqui es rationalis: ergo non es irrationalis.* Magna, juxta monitum Caram. in his est cautela adhibenda paralogismis: nam cum multæ negationes repetuntur, facile est, unam elidi, & ex paribus (quæ affirmationi æquivalent) impares (quæ negativæ sunt) reddere.

42 Paralogismus IV. *Quisquis dicit, te esse animal, dicit verum: sed qui dicit, te esse asinum, dicit te esse animal: ergo dicit verum.*

43 Resp. Francisc. Buddens in sua Logica sive arte cogitandi, in neutra præmissarum contineri conclusionem. Nam si major eam contineret (cum major solum in hoc differat à conclusione, quòd in illa *animal*, in hac verò *asinus* continetur) oportet animal continere asinum. At animal in majori sumitur particulariter (saltem ex parte rei significatæ) quia est prædicatum propositionis hujus affirmativæ, *tu es animal &c.* Putem ego breviter, ideò peccare hunc syllogismum: eò quòd medium, nempe *animal*, nunquam distribuitur.

Paralogismus V. *Non es, quod ego sum. Ego sum homo. Ergo tu non es homo.* 44

45 Resp. cit. Buddeus: primò, syllogismum esse in 1. fig. & propositionem primam (quæ hic est minor) contra regulas figurarum esse negativam. Secundò dicit, conclusionem in neutra præmissarum contineri. Cum enim conclusio sit negativa; *vox homo* sumetur universaliter, ac proin nequit contineri in hoc termino, *id quod ego sum.* Nam ille, qui sic argumentatur, non est *omnis homo*, sed solum aliquis *homo*. Jam verò universale non continetur in particulari.

46 Paralogismus VI. Valde lepidus apud Caram. in Severa Argumentandi Methodo relatus. Verba sic sonant: Præfide quodam Doctore Transalpino, Suevus quidam requiritur, ut argumentetur. Acquiescit iste, & contra Theses præteritas, præsentis & futuras hanc rationem proponit: videlicet: *omne animal currit: asinus non currit. Ergo asinus non est animal.*

47 Respondens de singulis propositionibus dubitat: & dum deliberat, an debeat concedere hunc: *omne animal currit*, inquit Præses, *lascia currere.* Ad minorem venit: nimirum, *asinus non currit*: Præses nauseabundo similis inquit, *lascia stare.* Inferebatur. *Ergo asinus non est animal*: & Præses effusissimè ridens reponit *ob importatè una bestia.* Resp.

48 Resp. Argumentum transiisse ab actu primo currendi in majori ad actum secundum in minori, quod vitium est.

## QUESTIO III

ET

ULTIMA.

DE

### Reductione Syllogistica.

49 **A**ccidit non raro, ut nobis etiam inculpabiliter & graphicè argumentantibus, concessis Præmissis negetur consequentia. Pro qua castiganda protervia, vel demonstranda ignorantia apprimè servit lapis lydius Reductionis sive Rectificationis Syllogisticae. Nec ullus pro consummata doctrinæ

Dialectico habendus, qui hoc artificium planè ingeniosissimum calere dedignatur. Cæterum Via Reductionis alia est per ostensionem, alia per impossibile. Ostensiva tritior & facilior; per impossibile est obscurior, difficilior, sed simul universalior. De utraque via distinctim agemus.

§. I.

#### De Reductione per viam ostensivam.

50 **A**sertio I. Ut Syllogismi in forma Platonica cõfecti utiliter reducantur ex unum ex 4. modis Aristotelicis primæ figuræ, sufficit sola præmissarum transpositio, dummodo notentur initiales litteræ B. C. D. F. significantes syllogismū in Barbara, Camene ad Celarent &c. Exemplum sit in

Dimagni

Aliquis equus est albus.

Omne album disgregat visum.

Ergo aliquis equus disgregat visum.

Transpone præmissas, & habebis syllogismum in

Darii

Omne album disgregat visum.

Aliquis equus est albus. Ergo

Aliquis equus disgregat visum.

Asertio II. In Modis Aristotelicis reductio per viam ostensivam perficitur, si reliqui Modi ad 4. primos primæ figuræ directos mediante propositionum conversione vel transpositione rectificentur. Ubi 3. sunt observanda. Primò 4. litteræ B. C. D. F. quisquis enim modorum reducibilium ab una ex dictis Litteris incipit, ad modum litteræ correspondentis reduci debet. Secundò litteræ A. E. I. O. quæ

## 56 Pars Unica. Differt. III. Complectens Argum.

quæ propositionum quantitatem & qualitatem adumbrant. Tertiò litteræ intermediæ, S. P. M. C. quæ denotant, quòd in modis, in quibus reperiuntur, propositio indicata per vocalem præcedentem, convertenda sit, nempe subsequen-

te S. simpliciter, subsequente P. per accidens: Occurrente aut M. in media syllaba nominis vel modi, sit facienda propositionum transpositio; C. verò petat per impossibile reduci. Expendantur vulgares versus:

*S. vult simpliciter verti, P. verò per accid.  
M. vult transponi, C. per impossibile duci.*

Pro Exemplo hic syllogismus in Darapti 3. fig.

Omnis homo est rationalis.

Omnis homo est animal. Ergo

Aliquod animal est rationale.

Reducitur ad Darii, propter initialem litteram D. Et quia P. afficit secundam vocalem, debet propositio minor converti per accidens, & resultat hic syllogismus in Darii

Da Omnis homo est rationalis  
ri Aliquod animal est homo.  
Ergo Aliquod animal est rationale.

Fiat dein syllogismus in Fapesmo

Omne animal est substantia  
Nullus lapis est animal.

Ergo aliqua substantia non est lapis.

Convertatur Major per accidens propter litteram P. & Minor simpliciter propter litteram S. unà transponantur propositiones præmissæ, expetente id litterâ M. tunc erit in

Ferio

Nullum animal est lapis.

Aliqua substantia est animal.

Ergo aliqua substantia non est lapis.

Ex his Exemplis facile instrumur ad reliquos modos reducendos. An verò modi in quibus continetur littera CC. nullatenus per viam ostensivam reduci valeant, in alio loco libentius disquirerem.

### §. II.

#### *De Reductione per impossibile.*

71 **A**ffectio I. Reductio per impossibile est illa probatio & re-  
stificatio syllogismorum, quando ex  
negata consequentia legitimi syllo-  
gimi inferatur cõtradictoria, & hæc  
præ- aut postponitur majori, ut infe-

rat contradictoriam jam concessã  
minoris; vel præ- aut postponitur  
minoris, ut inferat contradictoriam  
majoris similiter concessã. Fit  
autem hæc reductio æquæ ac osten-  
siva ad 4. primos modos directos  
primæ

primæ figuræ, qui utpotè notiores & communiores, saltem in opinione vulgi, dicuntur perfecti & evidentes, quamvis & reliqui his reipsâ in permutatione non cedant: cum singuli ex præmissis veris non nisi vera inferant, in quo consistit syllogistica perfectio. Insuper moneo hic, nos loqui secundum communem modorū syllogisticorum computationem & secundum versus ordinarios, Barbara, celarent &c.

52 Assertio II. Ad facilitandum hujus reductionis artificium sequentia vocabula tenaciter sunt observanda: *Nesciebatis, odiebam, letare, romanis.* In his itaque 4. vocales A.E.I.O. significant 4. modos perfectos, vel potius illorum conclusiones, ita ut primi vocabuli quinque vocales de notent 5. modos imperfectos primæ figuræ

Ne	Baralypton
sci	Celantes.
e	Dabitis
ba	Fapesmo
tis.	Friseson

Vocabulum odiebam designat secundum ordinem 4. modos secundæ figuræ

O	Cesare
di	Camestres
e	Festino
bam	Baroco.

Vocabula duo ultima indicant sex modos 3. figuræ

le	Parapti
ta	Felapton
re	Dilamnis

ro	Datifi
ma	Bocardo
nis.	Ferison.

Alii utuntur his dictionibus *Phœbifer axis obit terras terræque quos annis.* In quibus duæ primæ dictiones secundum suas vocales ordine indicant 5. imperfectos modos primæ figuræ; duæ sequentes 4. modos secundæ figuræ; tres reliquæ sex ultimos modos tertiæ figuræ. Do jam exemplum. Nescis, quo reduces Felapton. Vides ta denotare felapton: attende, quisnam modus ex 4. primis perfectis in conclusione habeat universalem affirmativam significatam per litteram A. & deprehendes, esse *Barbara*. Felapton ergo reduces ad *Barbara*. Hæc viâ incede & inquire quoad reliqua.

53 Assertio III. Pro varietate figuræ, in qua continetur modus imperfectus sive reducibilis, semper prioris syllogismi major vel minor omittitur; major tamen illius subinde ponitur loco minoris, minor loco majoris: locus tamen omissæ propositionis expleitur per contradictoriam conclusionis, & pro conclusione ponitur propositio contraria vel contradictoria præmissæ expunctæ. Huc serviunt notissimi illi versiculi.

54 Prima majorem adimit, facit è majore minorem. Excipe celantes, in quo convertitur ordo. Servat majorem, variatque secundam minorem. Tertia majorem variat,

(H)

servat

servatque minorem. In exemplo ad Barbara: fit hic syllogismus

Fa Omnis homo est animal.  
pes Nullus leo est homo.  
mo Ergo aliquod animal non  
est leo.

Fapesmo est modus indirectus primæ figuræ; ergo conformiter ad præmissos versus minor expungitur, cujus loco ponitur major, loco majoris verò contradictoria vel potius contraria conclusionis ponitur & loco conclusionis contradictoria expunctæ minoris, hõc modò:

Omne animal est leo

Omnis homo est animal.

Ergo Omnis homo est leo.

Major debet concedi, cum sit conclusionis in priori syllogismo negatæ contradictoria, aut certè deberet dici, duas contradictorias esse simul falsas. Minor in priori (in quo stabat ut major) jam fuerat concessa: consequentia, cum sit in Barbara modo perfectissimo & evidenti, semel concessis præmissis negari non potest.

55 Cæterum pro modis indirectis secundæ figuræ reducendis, scilicet in Frimelior, & Docamor assumatur contradictoria, negatæ conclu-

sionis, & ponatur loco majoris; dein retentò minore prioris syllogismi inferatur conclusio in Camene aut Bamada, & per consequens transpositis præmissis ultimato frimelior reducetur ad celarent, Docamor ad Barbara.

Pro modis verò indirectis tertiæ figuræ reducendis, major fiat minor, & contradictoria negatæ conclusionis v.g. in *Fapesmor* ponatur loco majoris, translata majore prioris syllogismi in minorè, tunc resultabit modus in Barbara: in reductione autem Daccocor & Fismemor reductio resultabit in Dasi. Horum omnium exempla apponere per tempus non licebat.

De inventione Medii, quam aliàs Pontem asinum appellant, hic agitare, esset oleum & operam perdere, aut certè, fracto ponte, in foveam cadere. Hic ergo est finis summularum, nec plus ultra quid addendum, sedet animo. 57

Duo tamen utiliora gratis vel mantissa subjungo, videlicet Praxim conficiendi syllogismum, & Modum se defendendi contra Sophistam ad versarium, sed brevissimè. 58

### *Praxis conficiendi Syllogismum.*

56 **P**onatur ait quidam Neotericus, primò Conclusio, sive quæstio quæ probanda est. Deinde inveniat Medius terminus; quò inventò, attendas, cujusnam figuræ sit *modus* ille, in quo vult inferre conse-

quentiam. Postea aliquis respiciat qualitatem & quantitatem illius: accipiat dein prædicatam conclusionis, illudque, si modus sit primæ figuræ, jungat ac prædicet de medio in Majori: quò factò, sumat subjectum conclu-

conclusionis positæ, atque de illo prædicet medium in minori, & sic habebit syllogismum confectum. In Exemplo sit probanda hæc conclusio, sive quæstio, *Omnis homo est substantia* super modum primæ fig. in Barbara: Inveniatur medium, & sit *Corpus*. Deinde sumatur prædicatum conclusionis nimirum *substantia*, ipsumque prædicetur de *Corpore*; tunc prædicitur propositio universalis affirmativa, & erit hæc Major:

59 *Omne Corpus est substantia.* Mox

sumatur subjectum conclusionis deque eodem prædicetur terminus medius, id est *to Corpus*, per propositionem universalem affirmativam: & procedit hæc minor: sed *Omnis homo est Corpus*. Demùm connectantur inter se subjectum & prædicatum conclusionis; & sequetur conclusio universalis affirmativa in Barbara: Ergo. *Omnis homo est substantia*. Pari modò, servatâ tamen proportione, in cæteris modis & figuris facitabis.

2. Ultimus.

*Modus Arguendi Sophistarum.*

60 **A** Ntiqui illo duo in hac Univers. Professores P. Pfeffer & Molitor Ottoburæ Professi, primus in sua Phætra Philosophica, alter in suis Pronunciatis Logicis varios Sophistarum cuniculos adnotârunt, quibus illi defendentem subruere & subjugare satagunt.

61 Primò opponens persæpè non de determinatò aliquò; (tamen si ob finem aliàs determinatum) interrogat, ut scil. eò modò Defendentem ad falsum ducat & inopinabile: quod non exigua fraus ac dolus opponentis est. Sic enim subito in casses redigitur Defendens, cum ex concessis palam Conclusio inferatur, quæ priùs latebat. Secundò. Laudare nonnunquam sophista solet respondentis dicta, ut sic liberalitè ac securiùs respondeat, & tum

ex insidiis opprimatur, dum audacia formidinem fraudis detrahit. Tertiò. In Exercitationis decursu cavillationes adhibet, & dicit, respondentem ad propositum nihil dicere, injustè agere, circa omnia impudentem esse &c. ut sic irâ & contentione turbet compositam respondentis Mentem. Notum autem, sic perturbatos minùs prudenter objectis occurrere, cum ira præpediat animum, ne possit cernere verum. Quartò. Cùm sophista suum propositum celare non potest & ad determinatum interrogat, multa interrogat: ut multas à Respondente propositiones eliciat, sicque faciliùs eum involvat, & per interrogationes implicatas, eundem ad subitam responsonem impellat, quò fit, ut bonus De-

fendens tardior, minùs dolum prævideat, & ad pauca respiciens facilius enuntiet, ubi considerationis moram sophista festinatione abstulerit. Quinò demum, cùm respondens in Concedendo parcus est, sempèrque fraudis causa metuit ac renuit, sophista ex negatione interrogat, ceu contrarium velit: ut, si propositum est affirmativum, negativam propositionem quærit: vel sub disjunctione ex æquo duorum interrogationem facit, ut respondentem dubium fiat, quod velit sumere.

62 Ne itaque Defendens inter tot laqueos denique in casses cadat, pro varietate rerum & ipsius opponentis, varium quoque esse exhibeat, necesse est. Inprimis verò præ cæteris punctum semper & scopum Argumentantis probè penetret: videat, ne sit nimium præceps, aut garrulus, néve quid temerè admittat absolutè & simpliciter, ex quo inopinatum aut absurdum emergat: ea quoque, quæ vera arbitratur, non ut vera statim concedat adversario, sed dicat: *esto: transent*: sic enim minùs fiet redargutio. Ad interrogationem obscuram non statim respondeat, sed declarationem petat: vel ut considerandi moram obtineat aliquam, obscuritatem so-

phistæ objiciat. Si de proposito diversi diversa sentiant, interrogatus non determinet, sed ita hos vel illos opinari, alios verò aliter, reponat. Interrogationes plures, sivè etiam truncatas omnino repellat: Terminos æquivocos, & similes aptis distinctionibus interminat, simulque vitium ostendat: Ad petitionem principii (quæ planè persequens est) diligenter advertat: sæpiùs juverit, impedire argumentum, quàm elidere: sæpè etiam retorquere; sæpè demùm infirmitatem repellere ab instantia: à similia à contrario; vel ab auctoritate: subinde etiam reprehendat, necesse est, celeritatem, clamorem, & longiorem dicendi sermonem. Denique ante omnia ad formam syllogisticam attendat, utrùm scilicet Conclusio sequatur ex præmissis, nec ne.

Finio tandem omnia in DEO 63  
meo Fine Ultimo, sicut incæpi à  
Primo principio, simulque singula  
per universam Philosophiam scrip-  
ta, probata, defensa, notata, as-  
serta, plana & Controversa Ro-  
manæ & Catholicæ Ecclesiæ  
Capiti Supremo sub-  
mitto. Ut

I. O. G. D.

PA.



# P A R E R G A

Ex

## LOGICA ET PHYSICA.

1. **O**bjectum materiale Logicae immediatum non sunt res cognita.
2. Sed Conceptus formales ut artificiosè dirigibiles.
3. Rectitudo objecti formalis non est ens rationis.
4. Logica est ars.
5. & scientia.
6. Ad alias scientias in statu imperfecto comparandas simpliciter non necessaria.
7. Inter gradus metaphysicos datur distinctio virtualis Thomistica.
8. Negat à scotisticà.
9. Possunt etiam distingui actualiter per præcisionem objectivam.
10. Per quam natura vel gradus præcisus constituitur formaliter universalis.
11. sine actu comparativo.
12. Species Logica nequit salvari in unico individuo.
13. Relatio similitudinis v. g. consistit formaliter in ratione fundandi completa.
14. Physica est vera scientia.
15. Principia corporis naturalis intrinseca sunt materia Peripatetica & forma substantialis.
16. Materia prima non habet propriam existentiam
18. Unio modalis est superflua.
19. Sicut & tertia entitas à partibus unitis distincta.
20. Idem numero esse.

effectus nequit procedere simultaneè à pluribus cau-  
sis totalibus ejusdem ordinis. 21. Substantia crea-  
ta non est immediatè operativa. 22. Deus concurrit  
cum causis secundis immediatè. 32. Non solum si-  
multaneè. 24. Sed etiam præviè. 25. Salvâ liber-  
tate creatâ. 26. Præmoveret ad materiale pecca-  
ti. 27. sine præmotione ad formale. 28. in  
Corruptione compositi substantialis fit resolutio us-  
que ad materiam primam. 29. Actio generati-  
va est realiter distincta ab alteratione præviâ.  
30. Potentiæ animæ ab eadem rea-  
liter distinguuntur.

F I N I S.



